BIBLIOTHECA NACIONAL DE LISBOA

In hoc uolumine infraſcripta. M. Tullii
Ciceronis opera continentur
una cũ cõmẽtariis ſuis
uidelicet. Orator.
de fato. Topica
& de uniuer
ſitate.

# VICTOR PISANVS PRAECELLENTI OMNIBVS LIBERALIBVS DISCIPLINIS VIRO ANTONIO PICIAMANO EXIMIO VENETO PATRITIO SALVTEM PLVRIMAM DICIT.

OB affinitatem noſtram:qua iampridem maiores noſtri ſummum amorē inter ſe inuicem iucundiſſimumq; conciliauerunt:ac ob uirtutem tuā excellētem:ſcientiamq; illuſtrem: Antoni mi Piciamane dilectiſſime cogor:uelim nollimue te impenſiſſime diligere:quæ quidem affinitas nobis integerrimū: ac indiſſolubilem iniuiſſe amorem uidetur. Tua porrho ſcientia non ſolum meum erga te amorem auxit:uerꝝ etiam in maximam tui admirationem me compulit. Is enim uir es:ut non ſolum theologia te delectet ac mathematicæ:ars diſſerendi:& tota denique philoſophia:in quibus omnibus plurimum polles:quemadmodum in hac urbe pariter:& ubiq; fidem maximam tibi facis. Sed etiam eloquentiæ ſtudia amplecteris. Cū igitur hoc ipſo anno bonam temporis partem eximio:ac omnium ſcientiarū theſauro Georgio Vallæ ī eloquentiæ ſtudiis operam enauaſſem. cūq; excepiſſem quæ in oratore Ciceronis interptetabatur:ita certe mihi peridoneum uiſum eſt aliqua annotare. tum exercendi ingenii gratia:tū ut cōpluribus cōferrē:qui huius opuſculi īcuria hominū corrupti: & rerꝝ cognitiōe parꝝ ītellecti laborarīt ſuppetias occurrerē: ſūt nāq; cōplures q uehemēter aliq̄s annotatiōes cōcupiſcūt:& quia eſt Ciceronis:hoc eſt præcipui eloquētiæ luminis & q a ī eloquētiæ ſtudiis ipſius ſentētia Tullii iā in ſeniū uergentis:oīum operꝝ ab ipſo editorꝝ lōge præſtantiſſimū. quin etiā ipſe Cicero ait:oēm ſuā ſtudiorꝝ eloquētiæ cognitionē in hoc longe clariſſimo libro cōcluſiſſe. Cūq; omnia huius obſcura loca pro uiribus annotarim. quod ſane opus ut antea a nullis profeſſoribus interpretari cōſueuerat:ut magis accurate a noſtro omnium doctiſſimo præceptore Georgio Valla interpretatum fuit:ac ad unguem exaratum. ita quædam cognitu digniſſima collegi:& exercitatiōis cauſa huc cōgeſſi. Quare ob beniuolentiam īter nos iamdiu contractam:obque tuā eximiam doctrinam:ut cæteris:ita mihi dilectus. par mihi uiſum eſt:te utpote iuſtiſſimum pariter & prudentiſſimum iudicē huic operi adhibere. quo a tua autoritate in manus perueniens aliorꝝ plus ſibi aſſequatur:ac tua gratia in maiori exiſtimatiōe ſit: quum quidem artium liberalium nihil poteſt:niſi ſummopere comprobatum iri:quod tuum ſubiuit iudicium:qui nomine:& re ipſa in omnibus prorſus liberalibus diſciplinis ſuperiorem habes neminem. ac perpaucos pares. Proinde non parum mihi uidebor adeptus gloriæ:ſi hanc modo noſtrā approbaueris lucubratiunculā:nec ut probes modo uerꝝ ut dūtaxat legendā putes. Vale.

Victoris Piſani.Patricii Veneti.In.M.Tullii.Ciceronis.Oratorem commentarium fœliciter Incipit.

A Bruto rogatus Cicero:ut quenam perfecti oratoris eſſet forma:perfectiſſimum dicẽdi genus oratione complecteretur.non uiſus eſt idcirco poſſe tergiuerſari.quod difficile maximeq; arduum eſſe uideretur.pluris tamẽ ſe Bruti feciſſe reſtatur amiciciam:ac in prima libri fronte:ut attentũ lectorem facit:beniuolum:& docilem.ita imprimis bruti ſibi conciliat amiciciã dum ait. Utrũ difficilius ac maius eſſet negare tibi ſæpius roganti:& quæ ſequuntur. Sæpius idẽ roganti:ideo minus negare potuit:& qa ſæpius: & quia rogabat Brutus Ciceronis amiciſſimus. Diu.qa diuturno tempore in eodem perſtitit ꝓpoſito.Nam id etiã diu ſignificat: eſt enim perſeuerantis intentio:Quæ nõ eſt in pridem aduerbio.nam ſicut pridem duxi uxorẽ recte dixeris:ita non recte diu. Multumq;.ideo magis cogitur quod rogat Brutus Cicero efficere:quia rogabat:& quia amicus.Sed cum maxime arduum ſit nõ iniuria diu:ac multum ſe dubitaſſe ait. Brute dubitaui.hæc clauſula ſicut a numero cæpit:ita iure in numerum concluditur:Ciceronianuſq; numerus eſt:frequẽtiſſime ſiquidem trochæo ante pæana tertium in fine utitur clauſulæ. Nam & negare.eſt recuſare:inficiari:uel inficias ire:eſt non factum eſſe aſſerere. Quẽ unice.ideſt quẽ unum præter alios. Diligerem:cuiq; me cariſſimum eſſe ſentirem.ideo inquit cogebat non abnuere q; mihi in amore reſpondeas:ꝙ mutuus:ꝙ reciprocus inter nos amor intercedat. Præſertim:& iuſta petenti.ideo minus recuſari poteſt:quia iuſtum:ne iniqui uideamur:& quia præclarum:quoniam labor ipſe ſumptus a nobis non uileſcit. Et ſuſcipere tantam rẽ.quãta ea ſit:mox explicabitur. Quãtam non modo facultate conſequi difficile eſſet.facultas appellatur qua aliquid facilius fit:unde & non ſcientiæ:atq; artes modo:uerum etiam opes ſunt appellatæ facultates.facultate igitur ideſt dicendi poteſtate. Sed etiam cogitatione complecti.quoniam ꝙ nuſquam eſt;ꝙ nemo unquã quãtuſcũq; eſſet in dicendo conſequi potuit:ut tam cumulatus foret orator:atq; cõſũmatus:ut nulla ei addi non poſſent. Qui uereretur reprehenſionem doctorum.atq; prudentium.doctorum quidem:qui putarẽt tam multiplicem doctrinam:quãta in oratore deſideratur a nemine comprehendi poſſe.prudentium uero:qui putarent honus maius:q̄ quod humeris ſuſtinere noſtris poſſimus ſubeundum non eſſe. Tanta ſit ĩter oratores diſſimilitudo.quãdo alii in humili:alii in grandiloquo:alii in temperato dicendi genere excelluerunt.

Et quaſi figura dicendi.ideſt character de quo mox dicetur. Deſiderari a te prudentiam meam:deſideramus ſiquidem abſentia:cupimus præſentia. Tardem ſtudia multorum.quoniam rei propoſita immenſa difficultate a propoſito dicendi ſe ad alia reuocabũt. Sed par eſt.ideſt expedit:conuenit. Præſtantis ingenii uis.ad inuenienda noua:& inuenta iudicanda. Magnaꝝ artium diſciplinis.artes ipſe per ſeſe ſunt:diſciplinæ cũ diſcuntur appellatæ:quæ cuiuſmodi ſint deinceps indicabitur. In ſecundis tertiiſque conſiſtere.hoc dicit honeſtum eſt:ut qui primus in capeſſenda aliqua diſciplina eſſe non poteſt:contentus ſecũdo:aut tertio loco eſſe uelit.exemploq; docet.nam cum Homerus ĩter poetas primum ſibi uendicauerit locum:non tamen famam ſuã reliquis eripuit.Nõ Archilocho:iambographo:non Sophocli tragico:nõ Pindaro lyrico:quem & Quintilianus:& cæteri decem lyricorum facile principem eſſe uolunt ſpiritus magnificentia:ſententiis:figuris:beatiſſima rerum:uerborumq; copia:quodam eloquentiæ flumine:propter quæ merito credit Horatius

## M.Tullii.C.Orator Incipit fœliciter.

VTRVM Difficilius ac maius eſſet negare tibi ſæpius idem rogãti:an efficere id qđ rogares:diu multũq; Brute dubitaui.Nã & negare ei:quẽ unice diligerẽ:cuiq; me cariſſimũ eſſe ſentirẽ:præſertim & iuſta petenti:& præclara cupienti:durũ admodum mihi uidebatur:& ſuſcipere rãtam rem:quantam non modo facultate cõſequi difficile eſſet:ſed etiã cogitatione cõplecti:uix arbitrabar eſſe eius:qui uereretur reprehenſionem doctorum:atque prudentum.Quid enim eſt maius q̄ quum tanta ſit inter oratores bonos diſſimilitudo:iudicare quæ ſit optima ſpecies:& quaſi figura dicẽdi?Quod quoniã me ſæpius rogas:aggrediar:non tam perficiendi ſpe:q̄ experiũdi uoluntate.Malo enĩ qum ſtudio tuo ſim obſcutus:deſiderari a te prudẽtiam meã:q̄ ſi id non fecerim:beniuolentiam.Quæris igit id quod iam ſæpius:quod eloquẽtiæ genus ꝓbẽ maxime:& quale mihi uideatur illud quo nihil addi poſſit:quod ego ſummũ & perfectiſſimum iudicẽ.In quo uereor ne ſi id quod uis effecero:eũque oratorem quem quæris expreſſero:tardem ſtudia multorũ:qui deſperatione debilitati experiri id nolẽt:quod ſe aſſequi poſſe diffidant.Sed par eſt omnis omnia experiri:qui res magnas & magnopere expetendas concupiuerunt.Quod ſiquem aut natura ſua:aut illa præſtãtis igenii uis forte deficiet:aut minus ĩſtructus erit magnarũ artium diſciplinis:teneat tamẽ eũ curſum quẽ poterit.prima enim ſequentem honeſtum eſt in ſecũdis terriiſq; conſiſtere:An ĩ poetis Homero ſoli locus eſt (ut de græcis loquar) aut Archilocho:aut Sophocli:aut Pindaro:ſed horum uel ſecũdis uel etiã in-

nemini imitabilem inquiẽs: Pindarum quiſquis ſtu/
det æmulari Nititur pennis ille cæratis uitreo daturus
nomina ponto monte decurrens uelut amnis imbres:
quem ſuper notas aluere ripas feruet immenſuſq; ruit
profundo pindarus ore laurea donandus apollinari.

Nec uero ariſtotelẽ.hoc dicit.tãetſi Plato uberrimus
fuit in dicẽdo multiplicíq; ſciẽtia ampliſſimus;ob id ta/
men ſe Ariſtoteles a ſcribendo non abdicauit. Neque
ipſe Ariſtoteles.utcũq; admirabili quadam præditus
fuerit ſcientia:tamẽ multos alios:qui ipſum ſecuti ſunt
deterruit. Qui aut hyaliſi:quem rhodi uidimus.hu/
ius meminit Strabo libro quartodecimo inquiẽs.ſunt
& ꝓtogenis picturæ hyaliſus:& ſatyrus colũnæ adhæ/
rens ſupra quem perdix reſidet:ad quam quidem tabu
lam cum expoſita eſt adeo inhiantes ſpectant homines:
ut perdicem admirantes obſtupeant. Aut coæ uene/
ris.quæ in co inſula fuit depicta. Nec ſimulacro io/
uis olympii.quod phydias pinxit admiranda quadam
effigie:qui interrogatus:quemadmodum Valerius ma
ximus tradit:quo nam mentem dirigeret ſuam Iouem
depingens adiecit homericos uerſus illos.η καὶ κυάνεη
σιν επόφρυσίνευσε κρόνιων. αμβρόσιαι δαρα χαι
ται επερρωσαν το ανακτοσ. κρατοσ απαθαν τοιο με/
γαν δελλιξεν ολυμπον. Aut doryphori ſtatua.do/
ryphorus deductum nomen eſt a dory quod ſignificat
lanceam:& fero:ſed ponitur pro ualido ſatelite:unde &
Quintilianus.an uero ſtatuarum artifices inquit:picto
reſque clariſſimi cum corpora quãſpecioſiſſima fingẽ/
do:uel pingendo facere cuperent nunquã in hunc ceci
derũt errorem:ut bagoam aut negabuſum:aliquem in
exemplum operis ſumerẽt ſibi.ſed doryphoron illum
aptum uel militiæ:uel palæſtræ. Quare non eſt.argu
mentationem cõcludit quã multis exemplis illuſtrauit
ut doceret neminẽ debere expaueſcere rei propoſita ma
gnitudine:ꝙ oratoriæ facultatis apicẽ ſe contigere poſſe
non conſideret:& perinde relinqueret itactam. Neq;
illud ipſum quod eſt optimum deſperandum eſt.quo/
niam in humanis rebus:non in diuinis eſt collocatum.

In perpetuitate dicendi.ideſt perpetua habeat oratio:
aut certe tempore perpetuo. Sed ego ſic ſtatuo.ſenſus
eſt.arbitror autem in nullo dicadi genere nihil tam ſpe/
cioſum quo non ſit id ſpecioſius:unde quis loquitur:q̃
quod loquitur:ideſt integrius ſit unde ſumit exemplũ:
q̃ quod in oratione continetur. Cogitatione tan/
tum:& mente complectitur:quoniã ſpecies ipſæ artiũ:
quæ cogitatione ſola continetur:omnibus in eis facul/
tatibus præceptis inſtructæ ſunt:figuriſq; conſumatæ:
in hominibus autem ipſis mutilæ:ac truncæ. Necue
ro ille artifex.ſubaudi phidias.Iouis formã:aut miner/
uæ.nam quemadmodum Ariſtoteles ĩ libro:quem de
mundo ſcripſit phidiam ait ſtatuarium mineruam in
arce athenienſium ita conſtruxiſſe:& in medio eius ſcu
to ſuum ita os formaſſe:ut qui uellet auferre:totã eſſet
ſtatuã diſſoluturus. Inſidebat ſpecies.ideſt imago pin
gẽdi quæ eius animo adhæſerat. Vt igitur in formis:
& in figuris eſt.figuræ ĩanimatis:formæ animatis attri
buuntur:figuras enim tunc deſignamus cum trigonũ:
uel tetragonum:uel conum:uel cylindrum:uel ſphæ/
ram dicimus:formas autem cum formoſos aſſerimus
aliquos:uel deformes. Cuius ad excogitatam ſpeciẽ.
ideſt non eam quam oculis intuemur:ſed animo meti/
mur. Perfectæ eloquentiæ ſpeciem animo uidemus.

fra ſecũdos.Nec uero Ariſtotelem in phía de/
terruit a ſcribẽdo amplitudo Platonis:nec ipſe
ariſtoteles admirabili quadam ſcientia & co/
pia cæterorum ſtudia reſtrinxit:nec ſolum ab
optimis ſtudiis excellentes uiri deterriti nõ ſũt:
ſed ne opifices quidem ſe artibus ſuis remoue/
runt:qui aut Hyaliſi (quem Rhodi uidimus)
non potuerunt:aut Coæ Veneris pulchritudi/
nem imitari:nec ſimulacro Iouis olympii:aut
Dotyphori ſtatua deterriti: reliqui minus exp
ti ſunt quid efficere aut quo progredi poſſent:
Quorũ tanta multitudo fuit:tanta in ſuo cu/
iuſq; genere laus:& quum ſumma miraremur
inferiora tamen probaremus.In oratoribus ue
ro græcis quidẽ admirabile eſt:quantum inter
omnis unus excellat:attamẽ qum eſſet Demo
ſthenes: multi oratores magni & clari fuerunt:
& antea fuerãt:nec poſtea defecerunt.Quare
non eſt cur eorum qui ſe ſtudio eloquentiæ de
diderunt:ſpes infringatur:aut langueſcat ĩdu/
ſtria.Nam neq; illud ipſũ quod eſt optimum
deſperandum eſt:& in præſentibus rebus ma/
gna ſunt ea quæ ſunt optimis proxía. Atq; ego
in ſummo oratore fingendo talem informabo:
qualis fortaſſe nemo fuit.Non enim quæro qs
fuerit: ſed quid ſit illud quo nihil poſſit eẽ præ/
ſtantius: quod in perpetuitate dicẽdi nõ ſæpe
atq; haud ſcio:an unquam ĩ aliqua autẽ parte
eluceat aliquãdo.Idẽ apud alios denſius:apud
alios fortaſſe rarius. Sed ego ſic ſtatuo:nihil
eſſe in ullo genere tam pulchrum: quo non
pulchrius id ſit unde illud ex ore aliquo quaſi
poteſt.& imago exprimatur quod neq; oculis
neque auribus: neq; ullo ſenſu percipi poteſt
cogitatione tantũ & mente complectitur.Itaq;
& Phidiæ ſimulacris:quibus nihil in illo gene
re perfectius uidimus:& his picturis (quas no
minaui) cogitare tamẽ poſſumus pulchriora.
Nec uero ille artifex qum faceret Iouis formã
aut Mineruæ:cõtẽplabat͛ aliquẽ e quo ſimilitu
dinẽ duceret.ſed ipſius ĩ mẽte ĩſidebat ſpẽs pul
chritudis eximia q̃dã quã ĩtuẽs: ĩ eaq; defixus:
ad illius ſimilitudinẽ artẽ & manũ dirigebat.
Vt igit͛ ĩ formis & ĩ figuris ẽ aliqd pfectũ & ex
cellẽs:cuius ad excogitatã ſpẽm imitãdo reſe/
runt͛ ea que ſub oculis ipſa nõ cadũt: ſic pfectæ

eloquentiæ ſpeciem animo uidemus. Effigiem
auribus quærimus. Has rerũ formas appellat
ideas ille non intelligendi ſolum: ſed etiam di-
cẽdi grauiſſimus auctor & magiſter plato: eaſ-
q; gigni negat: & ait ſemper eſſe: ac ratiõe & in-
telligentia cõtineri: cætera naſci: occidere: flue-
re: labi: nec diutius eſſe uno & eodem ſtatu.
Quicquid eſt igitur de quo ratiõe & uia diſpu
tetur. id eſt ad ultimam ſui generis formam ſpe
ciemque redigendum. Ac uideo hanc primam
ingreſſionem meam: non ex oratoris diſputa
tionibus ductam: ſed e media philoſophia re-
petitam: & eam quidem: cum antiquam: tum
ſubobſcuram: aut repræhenſionis aliquid: aut
certæ admirationis habituram. Nam aut mira
buntur: quid hæc pertineant ad ea quæ quæri
mus: quibus ſatiſfaciet res ipſa cognita: ut non
ſine cauſa alte repetita uideatur: aut repræhen
det ꝗ inuſitatas uias indagemus: tritas reliqua
mus. Ego autem & me ſæpe noua uideri dicere
intelligo: quom peruetera dicam: ſed inaudita
plæriſque: & fateor me oratorem ſi modo ſim:
aut etiam quicunque ſim: non ex rhetorũ offi-
cinis: ſed ex academiæ ſpatiis extitiſſe. Illa enĩ
ſunt curricula multipliciũ uariorũq; ſermonũ
in quibus Platonis primum ſunt ĩpreſſa ueſti-
gia: ſed huius & aliorũ philoſophorum diſpu-
tationibus & exagitatus maxime orator eſt &
adiutus. Oĩs enĩ ubertas & quaſi ſylua dicẽdi
ducta ab illis eſt: nec tamẽ ſatis iſtructa ad forẽ
ſes cauſas: ꝗs ut illi ipſi dicere ſolebant agreſtio
ribus muſis reliquerunt: ſic eloquẽtia hæc forẽ
ſis ſpreta a philoſophis & repudiata: multis q-
dẽ illa adiumẽtis magniſq; caruit: ſed tamẽ or-
nata uerbis atque ſententiis iactationem habu
it in populo: nec paucorũ iudicium reprehẽſio
nemque pertimuit. Ita & doctis eloquentia po
pularis & diſertis elegans doctrina defuit. Poſi
tum ſit igitur imprimis quod poſt magis intel-
ligetur ſine philoſophia non poſſe effici quem
quærimus eloquentem. Non ut ĩ ea tamẽ oĩa
ſint: ſed ut ſic adiuuet ut palæſtra hiſtrionẽ. Par
ua enim magnis ſæpe rectiſſime cõferuntur.
Nã nec latius nec copioſius de magnis uariiſq;

ideſt contemplamur mente abſolutam illam eloquen
tiam: ad cuius ſimilitudinem facta hæc eſt quam perſpi
cimus. Effigiem auribus quærimus. ſenſus eſt: illius
perfectæ eloquentiæ cuius imaginem ſolo animo com
præhẽdimus: auribus cupimus cognoſcere ſimilitudi-
nem. Has rerum formas appellat ideas. ſenſus eſt. fon
tes illos unde omnium rerum demanant ſcaturigines.
Plato ideas uocat: quaſi mẽtis quædam ſimulacra per-
fecta: ad quæ omnia referunt: quæ ſint ne in diuino cõ
ceptu: atque prouidentia collocata: an in nudis: puriſq;
intellectibus: an certe in indiuiduis uaria philoſophoꝝ
platonicoꝝ: peripateticorumque contentio eſt. Eaſq;
gigni negat. uelut in timæo Plato: & Cicero ipſe Platonẽ
ſecutus in libro de uniuerſitate oſtendit. Quicquid
eſt igitur. ſenſus eſt. omnia quæ ratione: & uia aliqua in
diſputationem ueniunt ſunt ad ultimũ ſui generis prin
cipiũ redigenda. ut cui generi ideſt cathegoriæ ſiue præ
dicamento ſubiiciantur cognoſci poſſint. E media phi
loſophia repetitam: quoniam ſi philoſophia rerum me
titur primordia facilius inde a qua unaquæq; res initiũ
ducat dinoſci poteſt. Cum antiquam tum ſubobſcu
ram. cum ideſt partim: tum ideſt maxime. Inuſitatas
uias. a nullo rhetore tactas. Tritas relinquamus. ideſt
quæ ſunt in uſu omnium. Noua. quia incognita rhe
toribus. Peruetera. quoniam iãpridem tractata. Nõ
ex rhetorum officinis. qui rhetores a græcis dicuntur: a
noſtris oratores: qui in foro: & in omni cauſarum gene
re uerſantur. Rhetores autem latine intelliguntur qui
rhetoricam docent: quos græci ſophiſtas uocant. offici-
na dicitur locus in quo officium aliquod adminiſtratur
quod ad corpus pertineat ut tonſtrina: ſutrina: hoc lo-
co igitur officina ad mentem tranſlata eſt. Sed ex aca
demiæ ſpaciis extitiſſe. ideſt ex diſputationibus philoſo
ſophoꝝ. fuit autem academia uillula nõ lõge ab athenis
diſtans: ab academo heroe illic ſepulto uocata: ubi phi
loſophari Plato conſueuit. Spatiis. quoniam ſpatiari
ibi ſolebant philoſophi. Illa enim ſunt curricula mul
tiplicium uariorumque ſermonum. currus curriculus
facit. curriculum autem eſt a curſu deductũ. unde curri
culo aduerbium pro cito. Senſus autem eſt. curſus mul
tiplices: & uarii ſermonũ ab ipſa petuntur philoſophia.
In quibus Platonis ſunt ĩpreſſa ueſtigia. ideſt in qui-
bus ſermonibus multum uerſatur Plato. impreſſa au-
tem ueſtigia dicendo tranſlatio ſumpta eſt ab his qui in
aliquo loco obnixiſſime ſe firmarunt. Et quaſi ſylua
dicendi. ſylua aliquando dicitur arborum: ut glandaria
ſylua: & cædua ſylua: aliquando ſylua dicitur materia
unde aliquid gignitur: uelut philoſophi materia millã
uocant: unde quatuor ſunt elementa: inde Statius ſyl-
uas ſuas appellauit: ꝗ illis tanquam materia uteretur. i.
principio ad cætera exactius ſcribenda opera: ideo Cice-
ro etiam ſyluam dicendi philoſophiã uocat: ꝗ ſine phi-
loſophiæ adminiculo rhetorica conſiſtere non poſſit.
Ad forenſes cauſas. ideſt ad genus iudiciale. Agre-
ſtioribus muſis. incultioribus diſciplinis: Doctis eloquẽ
tia popularis: & diſertis elegans doctrina defuit: ſenſus
eſt. eloquentia qua oblectatur populus doctis defuit ho
minibus. ideſt philoſophis: & elegãs doctrina. ideſt phi-
loſophia defuit oratoribus. Non ut in ea tamen oĩa
ſint. ſenſus eſt. nolo tamen oratorem: qui omnes philo-

ſophiæ nodos perſcrutari contendat:ſed ut a philoſo/
phia ita adiuuetur:ut a palæſtra hiſtrio.    In phædro
Platonis.ideſt ĩ dialogo quem ſcripſir Plato phædrum
a ſuo diſcipulo appellans:in quo de pulchro agitur.

Anaxagoræ phyſici.qui fuit clazomenius.phyſici:qui
de rerum natura diſputauit:nam phyſis natura uoca/
tur:unde phyſicus.    Gnarumq;.ideſt doctum:inſtru/
ctũque præceptis philoſophiæ.    Quam frequens fue
rit Platonis auditor.ideſt quam frequenter Platoni in
philoſophia operam dederit demoſthenes.    Nec uero
ſine philoſophorum diſciplina genus.& ſpeciem cuiuſ/
que rei cernere.non poteſt inquit orator cognoſcere ge
nus & ſpeciem ſine philoſophiæ cognitione.hoc autem
dicit iuxta ſtoicorum ſentẽtiam.philoſophi ſi quidem
ſtoici philoſophiam diuiſerunt in phyſicam.ideſt natu/
ralem:ethicam.ideſt moralem:& logicam.ideſt ſermo/
cinalem:logica uero ut multa alia cõpræhẽdit:ita quin
que uocum hoc eſt:ut nunc loquuntur multi:prædica/
bilium cognitionem tradit.Sunt autem uoces quinque
genus:ſpecies:differentia:proprium:& accidens:quæ ad
unamquãque rem:ſiue diuidendam:ſiue diffiniendam
peropportuna ſunt.id eſt quod ait ſine philoſophia cer
ni non poſſe genus:& ſpeciem nec diffiniri nec diſtribui
in partes:a quibus ad demonſtrationem aſcenditur.

Nec iudicare quæ uera:quæ falſa ſint.nam cum dia/
lecticus nouerit prædicabilia:atque prædicamenta tan/
quam omnium argumentorum ſæmina:atq; elemen/
ta noſſe oportet quomodo omnis texatur argumenta/
tio:quæ ſiue ſit inductio:ſiue ſyllogiſmus:ſiue ſimilitu
do:ſiue exemplum:ſiue enthymema: ſiue epichirema
oratione conſtat:quoniam ſola ĩdicatiua uerum uel fal
ſum ſignificat:indicatiua ſit neceſſe eſt:quæ nomine &
uerbo ſubſtantiuo conſtet:ſiue ſit uniuerſalis:ſiue par
ticularis:ſiue indeſinita:ſiue ſingularis: affirmatiua aut
negatiua:una uel multiplex:cathegorica:uel hipotheti/
ca alii comparata:contraria:ſubcontraria:ſubalterna cõ
tradictoria:æquipollens:uel nõ æquipollens:conuerſa:
uel non conuerſa:quæ modo caret:uel quæ modo ali/
quo ex tribus deſinitur:unde ſyllogiſmi ad aliquid de/
monſtrandum texuntur:quorum ut alii ſunt cathego/
rici alii hypothetici:ita cathegoricorum tria ſunt gene/
ra:& multæ ſingulorum ſpecies: hypotheticorum ſe/
ptem.Quæ igitur uera quæq; falſa ſint iudicari poſſũt
facile ex contradictoriis.    Neq; cernere conſequentia:
quæ ſequantur:quæ anteceſſerint:an argumentum ſtet
nec ne.    Repugnantia uidere.quæ ĩ contraria:& cõtra/
dictoria diuiduntur.    Ambigua diſtinguere:quæ in du/
bium ſenſum trahi poſſint:ut taurus eſt mons:ſi intel/
ligatur de terreſtri uerum:ſin autem de cæleſti falſum:&
aiax fuit inſanus:ſi de oileo falſum:ſi de telamonio ue/
rum.diſtinguendum igitur.    Quid dicat de natura
rerum.ideſt de naturali philoſophia.    De uita.ſubau/
di quid dicatur.    De officiis:de uirtute.quæ omnia mo
ralis ſunt philoſophiæ.    Quod alia intelligendi.quæ
eſt philoſophia.    Ab his.ſubaudi:quæ ad philoſophiã
tendunt.    Cui uel primas eloquentiæ.ideſt primum
in eloquẽtia locũ.    Multa in his:& in aliis deſiderás:&

rebus ſinẽ philoſophia poteſt quiſquã dicere:
ſiquidem etiam in Phædro Platonis hoc Peri/
clẽ præſtitiſſe cæteris dicat oratoribus Socrates:
q; is Anaxagoræ phyſici fuerit auditor:a quo
cenſet eum quum alia præclara quædam &
magnifiea didiciſſet:uberẽ & facũdum fuiſſe:
gnarũq;:quod eſt eloquẽtiæ maximũ: quibus
orationis modis quæq; animorum partes pelle
rentur.quod idem de Demoſthene exiſtimari
poteſt :cuius ex epiſtolis intelligi licet: quam
frequẽs fuerit Platonis auditor. Nec uero ſine
philoſophorum diſciplina genus & ſpẽm cuiuſq;
rei cernere neq; diffiniẽdo explicare:nec diſtri
buere in ptes poſſumus:nec iudcare quæ uera:
quæ falſa ſint:neq; cernere cõſeq̃ntia:repugnã
tia uidere:ambigua diſtinguere.Quid dicam
de natura rerum:cuius cognitio magnam ora
tiõis ſuppeditat copiam:de uita:de officiis:de
uirtute:de moribus ſine multa earum ĩpſarum rerũ
diſciplina:aut dici:aut ĩtelligi poſſe:Ad has tot
tãtaſq; res adhibẽda ſũt ornamẽta ĩnumerabi
lia: quæ ſola tum quidem tradebãtur ab his
qui numerabantur magiſtri:Quo fit ut uerã il/
lam & abſolutam eloquẽtiam nemo cõſequa
tur:q; alia intelligendi :alia dicendii diſciplina
eſt:& ab his rerum:ab aliis uerborum doctrina
quæritur.Itaq;.M.Antonius cui uel primas elo
quẽtiæ patrũ noſtrorum tribuebat ætas:uir natu
ra peracutus:& prudens in eo libro quem unũ
reliquit:diſertos ait ſe uidiſſe multos:eloquentẽ
omnio neminẽ. Inſidebat uidelicet ĩ eius mẽte
ſpecies æloquentiæ :quam cernebatt animo: re
ĩpſa non uidebat. Vir autem acerrimo ĩgenio:
ſic enim fuit: multa & in ſe & in aliiis deſiderãs
neminem plane qui recte appellarri eloquens
poſſet uidebat.Quod ſi ille nec ſe:nec.L.Craſ/
ſũ eloquẽtẽ putauit:habuit profectõ cõpræhẽ
ſam animo quandam formam eloquẽtiæ:cui
quoniam nihil deerat eos quibus aliquid aut
plura deerant in eam formam nõ poterat ĩclu/
dere: Inueſtigemus hunc igitur Brute ſi poſſu/
mus:quẽ nunq̃ uidit Antõius:aut qui omnino
nullus unquam fuit:quem ſi imitari:atque ex
primere non poſſumus;quod idem ille uix deo

conceſſum eſſe dicebat:attamen qualis eſſe debeat pote
rimus ſortaſſe dicere:Tria ſunt omnino genera dicendi
qbus ſingulis quidã floruerunt:peræque autẽ id quod
uolumus perpauci in omnibus:Nam & grandiloqui
(ut ita dicam)fuerunt cum ampla:& ſentẽtiarũ graui/
tate:& maieſtate uerborum uehementes:uarii:copioſi:
graues ad permouendos & conuertendos animos in/
ſtructi & parati.quod ipſum alii aſpera:triſti:horrida
oratione:neque perfecta neque concluſa.Alii leni & in/
ſtructa:& terminata.Et contra tenues:acuti omnia do/
centes:& dilucidiora non ampliora faciẽtes:ſubtili qua/
dam & preſſa ratione limati.In eodemque genere alii
callidi ſed impoliti:& conſulto rudium ſimiles & impe/
ritorum.Alii in eadem ieiunitate concinniores.ideſt fa/
ceti:florentes etiam & leniter ornati.Eſt autem quidam
interiectus inter hos medius:& quaſi temperãdus:nec
acumine poſteriorum:nec fulmine utens ſuperiorum:
uicinus amborum:in neutro excellens:utriuſque parti/
ceps:uel utriuſque(ſi ue℞ quærimus)potius expers.Iſ/
que uno tenore(ut aiunt)in dicendo fluit nihil afferens
præter facultatem & æqualitatem:aut addit aliquos:ut
in corona toros:omnemque orationem ornamentis mo
dicis uerborum ſententiarumque diſtiguit.Horum ſin
gulorum generum quicũq; uim ſingulis conſecuti ſunt
magnum in oratoribus nomen habuerunt.Sed quærẽ
dum eſt ſatis ne id quod uolumus effecerint.Videmus
enim fuiſſe quoſdam qui idem ornate ac grauiter:idem
uerſute & ſubtiliter dicerent:Atque utinam in latinis ta
lis oratoris ſimulacrum reperire poſſemus:eſſet egregi/
um nõ quærere externa:domeſticis eſſe contentos.Sed
ego idem qui in illo ſermone noſtro qui eſt expoſitus in
Bruto:multum tribuerem latinis:uel ut hortarer alios:
uel ꝙ amarem meos:recordor lõge omnibus unũ ante
ferre Demoſthenem:quem uim accõmodare ad eam
quam ſentiam eloquẽtiam:nõ ad eam quam in aliquo
ipſe cognouerim:Hoc nec grauior extitit quiſq;:nec cal
lidior:nec temperatior.Itaq; nobis monendi ſũt ii quo/
rum ſermo iperitus increbruit:qui aut dici ſe deſiderãt
antiquos atticos:aut ipſi attice uolunt dicere:ut miren/
tur hunc maxime:quo athenas quidem ipſas magis cre
do fuiſſe atticas:quid enim ſit atticum diſcant:eloquen
tiãque ipſius uiribus non imbecillitate ſua metiantur.
Nunc enim tantum quiſque laudat quantum ſe poſſe
ſperat imitari:ſed tamen eos ſtudio optimo iudicio
minus firmo præditos docere quæ ſit propria laus

peride nullũ perfectũ oratorẽ ĩtuẽs. Tria ſũt
oĩno genera dicẽdi.Demetrius phalereus ſim
plices inqt characteres ſunt quatuor:tenuis:
Magnificus:ornatus:grauis:ueruntamen or
natum Cicero ipſe medio iſerit:quare & tres
ſunt dicendi ẽt characteres:de quibus ſingu/
lis:ut multi alii autores tradiderunt:ſicut ali
bi:ita hic nobis præcepta reliquit. Et præſ
ſa ratione limati.arguti inquit:& elegantes in
humili genere dicendi.tranſlatio ſumpta eſt
a lima:qua ſertamenta tergũtur. Sed im/
politi.ideſt innitidi:eſt autem politum:ter/
ſum:& candicans.a uocabulo græco polion
quod ſignificat canũ:Nonii marcelli de ĩda/
gine doctorum uirorum auctoritate. Et
conſulto.ideſt dedita opera. In eadem ieiu
nitate cõcinniores.ideſt congruentiores:ap/
tiores. Idem faceti.facetum Quintiliani te
ſtimonio aliquando urbanum:aliquãdo ele/
gãs:& diſertum. Nec fulmine utens ſupe/
riorum.ideſt magnifici dicendi generis:ui ac
poteſtate illa qua etiam ipſe dicitur fulmina/
re demoſthenes. Vicinus amborum.pro/
ximus humili:& grandiloquo. Nihil affe/
rens præter facultatem.ideſt nihil molitus ni
ſi quãtum poteſt. Vt in corona toros.ideſt
tortiles illas eminentias quibus corona exor
natur. Verborum:ſententiarumque:de
quibus dicetur poſterius. Non quærere
externa.ideſt non labi in græcos:ſed latino/
rum teſtimoniis eſſe contentos. Qui eſt
expoſitus in Bruto.nam in eo libro qui Bru/
tus inſcribitur:claros tam græcos:quam lati
nos recenſuit oratores:in quo cum uideatur
latinos plus q̃ conueniat laudaſſe:cur id fece/
rit hic reddit rationem:ait enim. Vel ut
hortarer alios uel ꝙ amarem meos. Hoc
nec grauior extitit qſquã.quod grandiloquo
cõuenit generi. Nec callidior.quod conue/
nit humili. Nec tẽperatior.quod cõuenit
mediocri. Qui aut dici ſe deſiderãt atticos.
quoniam erant qui exiſtimarẽt eſſe genus at/
ticũ unum tantũ:& id eſſe humile in quo lõ/

ge falſos eſſe oſtendit. Magis credo fuiſſe
atticas ideſt genere dicendi elimatiores exi/
ſtimatas tametſi atticum dicatur ab attica.
Moderatrix ſuit auditoris prudẽtia. quo/
niam præſtantes dicendi facultate uiri ſem/
per ſeſe auditoribus accommodarunt: taliſ/
que ſuit eorum oratio: ut auribus audientiũ
congrueret. Itaque caria: & phrygia & my
ſia. quæ aſiæ regiones tumenti: ac inflato di/
cendi genere uſæ ſunt. Et tanquam adipa/
tæ dictionis genus. adipatum ueteres inquit
Nonius marcellus honeſte pro pingui: & ſuc
culento: & opimo poſuerunt. Dictionis.
elocutionis: non ut grammatici accipiunt di
ctionem pro uocabulo. Eorum religioni
cum ſeruiret orator. religionem athenienſi/
um uocat prudentiam in dicendo: atque au/
diendo: ut nec plus: nec minus: nec aliter q̃ cõ
ueniat audire uelint. Nullum uerbum in/
ſolens. ideſt a quottidiano uſu dicendi remo
tum. Itaque hic quem præſtitiſſe diximus.
ideſt demoſthenes quem alios oratores græ
cos diximus antecedere facundia. In illa ꝓ
cteſiphonte oratione. quæ de corona inſcri/
bitur: in qua cteſiphontem defendit aduer/
ſus æſchynem. Sumiſſius a primo ut deos.
deaſque precatur ut ſibi ita adſint ſicut ipſe
ſemper reipublicæ commodis ſauit. In re
liquis exultauit audacius ubi iam in ſua pote
ſtate uiſus eſt habere auditorem. Facile.n.
eſt aliquod uerbum ardens. ideſt per iram
expreſſum. ſicut etiam Quintilianus arden/
tem Lucanum dicit: nec ad elegantiam atti/
net ſplendoremque uerborum: quæ in ipſo
prorſus non ſunt. In eum. ſubaudi æſchy
nem. Vt putidus. ideſt corruptus. Incli/
nata hululantique uoce. qua aſiani utuntur.
Aures terretes. ideſt rotundas: atque conſu
matas. Hi unum modo. hi ſubaudi latini
qui exiſtimant unum attice dicendi genus.
Horride inculteque. ſine numeris ſine fi/
guris. Eleganter enucleateque faciat. ideſt
modo: proprietate utatur uerborum preſſe
que & acute dicat. Cui primæ ſine contro
uerſia deſerebantur. ideſt qui primum ſibi lo
cum uendicarat. ſuit enim per id tempus pe
ricles. oratorum facile princeps: & omni ut
ipſe alibi ait uirtutis genere floruit. Ab ari
ſtophane: qui ueteris comœdiæ ſcriptor ſu/
it. Dicat igitur attice uenuſtiſſimus ille ſcri
ptor: ac politiſſimus lyſias. Nam ut ipſe quo/
que in Bruto inquit fuit lyſias ipſe quidem
in cauſis ſorenſibus non uerſatus: ſed egregie
ſubtilis ſcriptor: atque elegans: quem iam
prope audeas oratorem perfectum dicere. ita
Quintilianus ſubtilis: atque elegãs lyſias. Et
quo ſi oratori ſatis eſt docere nihil: quæras
perfectius nihil enim eſt inane: nihil accerſi/
tum puro tamen ſonti: quam magno flu/
mini propior. Aeſchines. Qui aduer/

atticorum non alienum puto: Sẽper oratoꝝ eloquẽtiæ
moderatrix fuit auditoris prudentia. Omnes enim qui
ꝓbari uolunt uoluntatem eorum qui audiunt intuent̃.
ad eamque & ad eorum arbitrium & nutum totos ſe fin
gunt & accõmodant. Itaqꝫ Caria & Phrygia & Myſia:
ꝙ minime politæ minimeque elegãtes ſunt aſciuerunt
aptum ſuis auribus opimum quoddam & tãquam adi/
patæ dictionis genus: ꝙ eorum uicini nõ ita lato interie
cto mari Rhodii nunquã probauerunt. Græci autem
multo minus: Athenienſes uero funditus repudiauerũt
quorum ſemper fuit prudens ſincerumqꝫ iudiciũ nihil:
ut poſſent niſi icorruptum audire & elegans. Eorum re
ligioni quum ſeruiret orator nullum uerbum inſolens:
nullum odioſum ponere audebat. Itaqꝫ hic quẽ præſti/
tiſſe diximus: cæteris in illa pro Cteſiphonte oratione lõ
ge optima ſummiſſius a primo: deinde dum de legibus
diſputat preſſius: poſt ſenſim incedens: iudices ut uidit
ardentis: in reliquis exultauit audacius. Ac tamen ĩ hoc
ipſo diligenter examinante uerborum omniutm ponde
ra reprehendit Aeſchines quædam: & exagitat: illudens
que dura odioſa: intolerabilia eſſe dicit. Quin etiam
quærit ab ipſo: quum quidam eũ beluam appellet: utꝝ
illa uerba: an portẽta ſint: ut Aeſchini: ne Demoſthenes
quidem uideatur attice dicere. Facile eſt enim uerbum
aliquod ardens (ut ita dicam) notare: idque reſtinctis
iam animorum incendiis irridere. Itaque ſe purgãs ioca
tur Demoſthenes: negat uero poſitas fortunas græciæ: ĩ
hoc: in eum: huc an illuc manum porrexerit: Quonã
igitur modo audiretur myſius: aut phryx Athenis: cum
etiam Demoſthenes exagitetur ut putidus. Quum ue
ro inclinata hululãtique uoce more aſiatico canere cœ/
piſſet: quis eũ ferret: aut potius qs nõ iuberet auferri: ad
atticoꝝ igit̃ aures teretes: & religioſas qui ſe accomodãt
ii ſunt exiſtimãdi attice dicere. Quorum genera plura
ſunt: hi unum modo quale ſit ſuſpicantur. Putant enim
qui horride inculteqꝫ dicat: modo id eleganter enuclea/
teque faciat: eum ſolum attice dicere. Et ranr ꝙ ſolum: ꝙ
attice nõ falluntur. Iſtorum enim iudicio: ſi ſolum illud
eſt atticum: ne Pericles quidem dixit attice: cui primæ
ſine controuerſia deſerebant̃. Qui ſi tenui genere ute/
retur: nũq̃ ab ariſtophane poeta fulgere: & tonare ꝑmi
ſcere græciã dictus eẽt. Dicat igitur attice uenuſtiſſimus
ille ſcriptor: ac politiſſimus Lyſias. Quis.n. id poſſit ne
gare: dũ ĩtelligamus hoc eẽ atticũ in Lyſia: nõ ꝙ tenuis

ſit atqꝫ ĩornatus:ꝙ nihil habeat ĩſolẽs:aut ĩeptũ? Orna-
te uero & grauiter & copioſe dicere aut atticorũ ſit:aut
ne ſit Aeſchines neue Demoſthenes atticus. Ecce autem
aliqui ſe thucididios eſſe profitent̃:nouũ quoddã ĩperi-
torum & ĩauditum genus. Nam qui Lyſiam ſequũtur
cauſidicum quendam ſequuntur. non illum quidẽ am-
plum atqꝫ grandem: ſubtilem & elegantem tamen. nec
qui in forenſibus cauſis poſſit præclare cõſiſtere. Thuci
dides autem res geſtas:& bella narrat:& prælia graui-
ter ſane & probe. ſed nihil ab eo trãſferri poteſt ad forẽ
ſem uſum & publicum. Ipſe ille contiões ita multas ha
bent obſcuras abditaſqꝫ ſentẽtias uix ut ĩtellgant̃:quod
eſt in oratione ciuili uitium uel maximũ. Quæ eſt au
tẽ tãta peruerſitas:ut inuẽtis frugibus :glãde ueſcãtur?
an uictus hominũ athenienſium beneficio excoli potu
it:oratio nõ potuit? Quis porro unquam græcorũ rhe-
rorũ a Thucidide quicquam duxit? At laudatus eſt ab
omnibus fateor:ſed ita ut rerum explicator prudens:ſe-
uerus:grauis:non ut in iudiciis uerſaret cauſas:ſed ut ĩ
hiſtoriis bella narraret. Itaqꝫ nũquam ẽ numeratus ora
tor. Nec uero ſi hiſtoriã non ſcripſiſſet:nomen eius exta
ret:quum præſertim fuiſſet honoratus & nobilis: huius
tamen nemo neqꝫ uerborum:neqꝫ ſentẽtiarũ grauitatẽ
imitatur:ſed qum utilia quædam:& ii antea locuti ſunt:
quæ uel ſine magiſtro facere potuerũt: germanos ſe pu
tãt eſſe Thucididis. Nactus ſum etiam qui Xenophõ-
tis ſimiles eſſe ſe cuperẽt:cuius ſermo ẽ ille quidẽ melle
dulcior:ſed a forenſi ſtrepitu remotiſſimus. Referamus
nos igitur ad eum quem uolumus inchoandum & eadẽ
eloquẽtia ĩformandũ:quẽ in nullo cognouit Antonius.

MAgnum opus omnino:& arduum Bru-
te conamur:ſed nihil difficile amanti pu
to. Amo autem:& ſemper amaui ingeni
um:ſtudia:mores tuos. Incendor porro
quottidie magis nõ deſiderio ſolum:quo
quidem conficior congreſſus noſtros:conſuetudinem
uictus. doctiſſimos ſermones requirẽs tuos:ſed admira
bili fama uirtutum admirabilium:quæ ſpecie diſpares
prudentiæ cõiungunt̃. Quid enim tam diſtans:quam
a ſeueritate comitas? Quis tam unquã te:aut ſanctior
eſt habitus:aut dulcior? Quid tam difficile quam in
plurimorum controuerſiis diiudicandis ab omnibus
diligi? conſequeris tamen ut eoſipſos:quos contra ſta-
tuas æquos placatoſqꝫ dimittas. Itaque efficis:ut quum
gratiæ cauſa nihil facias:oia tamen ſint grata quæ facis.

fatus eſt demoſtheni. is autem:ut Quintilia-
nus inquit:demoſthene magis fuſus:& gran
diori ſimilis quo minus ſtrictus eſt: carnis
tamen plus habet: minus lacertorum. De-
moſthenes atticus. qui:ut ait Quintilianus:
oium decem oratorum:quos ſimul athenis
una ætas tulit longe princeps fuit:ac pene lex
orandi:tanta uis in eo:tam denſa omnia:ita
quibuſdam neruis intenta ſunt:tamen nihil
ocioſum:is dicendi modus:ut nec quid deſit
in eo:nec quid redundet inuenias. ipſe quoqꝫ
Cicero in Bruto:nam plane quidem perfe-
ctum:& quoi nihil admodũ deſit demoſthe
nem facile duxeris:nihil acutæ ĩueniri potuit
in eis cauſis: quas ſcripſit. nihil:ut ita dicam:
ſubdole:nihil uerſute:ꝙ ille non uiderit ni-
hil ſubtiliter dici:nihil preſſe:nihil enucleate
quo fieri poſſit aliquid limatius:nihil contra
grande:nihil incitatum:nihil ornatũ:uel uer
borum grauitate:uel ſententiarum quo qui-
dem eſſet electius. Qui ſe thucididios eſſe
profitentur. ideſt imitatores thucydidis:fuit
enim thucydides hiſtoricus denſus & breuis
in dicendo:& ſemper inſtans ſibi concitatus
contionibus magnus uique multum potens
Ad forenſẽ uſum. ideſt ad iudiciale genus
Et publicum. ubi quid cum populo agat̃.
Vt inuentis frugibus glande ueſcãtur: ideſt
cũ poſſint meliora deligant deteriora. Athe
nienſium beneficiũ excoli potuit. apud quos
primũ fruges inuentæ. A thucydide quic-
quam duxit. ideſt imitatus thucydidẽ quicꝗ
ab eo ſumpſit. Germanos ſe putãt eſſe thu
cydidis. ideſt genus dicendi habere ꝙ plane
habuit thucydides. Qui xenophontis ſi-
miles. Xenophon ſocraticus iucunditate ĩaf-
fectata præcellens adeo fuit:ut nulla eam con
ſequi affectatio poſſit: ut ſermonem gratiæ
finxiſſe uideatur:ut merito hic dicat Cicero
eius ſermonẽ melle fuiſſe dulciorem. Re-
feramus igitur nos. ſenſus eſt:ſed iam perfe-
ctum oratorem incipiamus exponere:ita elo
quentia inſtructum:ut talem nunꝗ cogno-
uerit Antonius.

MAgnum opus omnino. ſum-
ma arte attentum lectorem
facit:beniuolentiamque Bru-
ti ſibi cõciliat iniris ipſum lau
dibus efferendo. Doctiſſi-
mos ſermones requirẽs tuos.
dedit enim Brutus operam non modo elo-
quentiæ ſtudiis uerum etiam philoſophiæ.
Quæ ſpecie diſpares prudẽtiæ. quoniam
res bellicas tu : ego res urbanas procuro: &
tu ſeuerus in ea tua philoſophia : ego comis.
fuit enim ad repræhenſionem uſque facetus:
urbanuſque Cicero:ut aliquando dicax habi
tus ſit. Sanctior. inuiolabilior:incorrupti-
or:unde & ſancta urbis mœnia dicimus:&
ſanctos legatos a ſagminibus herbis:quas ge
ſtabant:ut Vlpianus inquit iuriſconſultus.

Vt cum gratiæ cauſa nihil facias.probat incorruptum eſſe:ideo quod gratia nullius commoueatur ad iudicandum ſecus q̄ ipſa expoſtulet iuſtitia. Vna gallia.quam tu adminiſtras. Communi non ardet īcendio.ideſt bello non mouetur. Frueris ipſe te.tuis uirtutibus oblectaris.nam id demum frui dicimus.uti uero:ut equo:ut curru:cū uehimur in uillam qua nobis fruendū ſit. Studia doctrinæ.quoniam ſtudium eſt animi ad aliquid agendum pertinacia:aut perſeuerantia. Catone abſoluto.quem de ſenectute aliqui inſcribūt. Inimica uirtuti.cū omnia bellis ardeant. Tantam quæſtionem quæ eſt quiſnam optimus dici orator poſſit:uel quid ſit quod conſumatam poſſit efficere eloquentiam.

Formam qui character.relatiuum conſequenti coniunxit:ut ſi dicas ciues boni:quæ ſunt uiſcera ciuitatis:tale illud:eſt locus ī carcere quod tullianum appellatur. Ennio delectatur ait quiſpiam.ita Horatius.Deniq; nō omnes eadem mirātur amantq;. Carmine tu gaudes:hic delectatur iambis:Ille bioneis ſermonibus:& ſale nigro. Apud alterum.ſubaudi ennium. Fac alium actio.ideſt dic alium actio delectari tragico poeta. Abdita.quæ a conſpectu recedere uideatur:& obtutu. Colluſtrata.undiq; lumine expreſſa:a cō:& luſtro:nam colluſtrata quæ ex lacte fit concreto a colluēdo naſcitur. Quid eſt quod.præſcripta dicebantur quæ magiſtri imitanda diſcipulis dabāt inde præſcribere:præcipere:mādareq; ſignificat. Hac ego religione.religionē ſeruius ſulpicius eſſe dictam tradit:quæ propter ſanctitatem aliquā remota:ac ſepoſita a nobis ſit:quaſi a relinquendo dicta:ut a carendo cærimonia:Cicero in libro de natura deorum religionem a religendo tanq̄ ex legendo legentes:& diligendo diligentes:his enim omnibus uerbis ineſt uis legēdi eadē:quæ in religioſo.Lactantius autem libro quarto diuinarum inſtitutionum a religando putat:cuius contrarium uitium q; eſt ſuperſtitio:religionem igitur obſeruantiam quandam par eſt accipere. Qui eius rei gnarus eſſet.ideſt qui noſſet. Laudationum.ut panagirici ſunt:& huiuſmodi aliud ubi quicq̄ laudatur. Scriptionum .ubi quid componas doctrinæ cauſa qualem Iſocrates fecit panegyricū: Quæ oratio tota in laudatione conſumitur. Qui ſunt nominati ſophiſtæ.quos latini rhetores uocant cum græci ſuo uerbo id ſignificēt rhetorē.quem nos oratorem appellamus.dicitur ergo ſophiſta:qui diſcipulos in dicendi facultate inſtituit. A forenſi concione.ideſt a iudiciali genere. Græce epidicton:id aūt latine demōſtratiuum nominamus:ſicut encomiaſticon laudatiuum:nam επιΔειξίσ demōſtratio nominatur quam tamen aliter mathematici accipiūt:

Quem īformare uolumus.munire:& eius quaſi formam referre:cum nuſq̄ compertus ſit. Mollimur.temptamus. Conſtructio:& numerus.de quibus mox abunde dicitur. Et arguti.acute inſtituti. Circunſcripti.collecti:minimeque fluentes ambitus:qui a græcis periodi nominantur. De induſtria.unum uerbum eſt:ac aduerbium quod dedita opera conſultoque ſignificat. Quæ non ea inſidiis.ut in iudiciali genere quo iudicum mens in noſtram uerti poſſit ſententiam.

Ergo omnibus terris:una Gallia communi nō ardet incendio:in qua frueris ipſe te:quum Italiæ luce cognoſceris: uerſariſq; in optimorum ciuium: uel flore uel robore.Iam quantum illud eſt:quod in maximis occupationibus nunquā intermittis ſtudia doctrinæ:ſemp aut ipſe ſcribis aliquid: aut me uocas ad ſcribendum.Itaq; hoc ſum aggreſſus ſtatim Catone abſoluto: quem nunquam ipſum attigiſſem:tempora timēs inimica uirtuti:niſi tibi hortanti:& illius memoriā mihi corā excitanti nō parere nefas eſſe duxiſſem:ſed teſtificor me a te rogatum & recuſandum hæc ſcribere eſſe auſum.

Volo enim mihi tecum commune eſſe crimen: ut ſi ſuſtinere tātam quæſtionem non potuero:iniuſti oneris impoſiti tua culpa ſit:mea recæpti. In quo tamen iudicii noſtri errorē:laus tibi dati mūeris compenſabit. Sed in omni re difficillimum eſt formam:qui caracter græce dicitur:exponere optimi: ꝙ aliud aliis uidetur optimum. Ennio delector quiſpiam ait:quod nō diſcedit:a cōmuni more uerborum: Pacuuio inquit alius omnes apud hunc ornati:elaboratique ſūt uerſus: multa apud alterum negligentius:fac alium Actio: Varia enī ſunt iudicia ut ī græcis.nec facilis explicatio: quæ forma maxime excellat. In pictura alius horrida inculta:abdita:& opaca: contra alius nitida.læta: colluſtrata delectatur.Quid eſt quo præſcriptū aliquod.aut formulā exprimas:quū ī ſuo quodq; genere præſtet:& genera plura ſint? Hac ego religiōe nō ſum ab hoc conatu repulſus: exiſtimauiq; omnibus rebus eſſe aliquid optimū etiā ſi lateret. idq; ab eo poſſe.qui eius rei gnarus eſſet iudicari. Sed quoniam plura ſunt orationum genera eaq; diuerſa.neq; in unā formā cadunt oīa laudationū ſcriptionum & hiſtoriarū.& taliū ſuaſionum q̄lē Iſocrates fecit Panegyricū:multiq; alii:q̄ ſūt noīati ſophiſtæ.reliquarūq; rerum formā quæ abſūt a forenſi contentiōe.eiuſq; totius generis.quod græce epidicticon nominat̄.qua quaſi ad īſpiciendū delectationis cauſa comparatum eſt non complectar hoc tempore:non ꝙ negligenda ſit.Eſt enim illa quaſi nutrix eius oratoris:quem īfomare uolumus: & de quo mollimur aliquid exquiſitius dicere.Ab hac & uerboꝝ copia alit̄.& eoꝝ cōſtructio & numerus liberiore quadā fruitur licētia.Datur etiam uenia cōcinitati ſentētiarū & arguti certiq;

& circũſcripti uerborum ambitus conceduntᷓ deinduſtria: quæ non ea inſidiis:ſed aperte ac palam elaboratur:ut uerba uerbis q̃ſi demenſa & paria reſpondeant:ut crebro cõferãt pugnãtia:cõparentq; cõtraria:& aut pariter extrema terminentur. eundemque referant in cadendo ſonum:quæ ĩ ueritate cauſarum:& rarius multo facimus:& certe occultius. in panathenaico autem Iſocrates ea ſtudioſe conſectatum fatetᷓ Non enim ad iudiciorũ certamẽ:ſed uoluptatẽ auriũ ſcripſerat hæc tractaſſe Thraſimachũ calchedoniũ primum:& Leontinũ ferũt Gorgiam:Theodorum inde byzantium: multoſq; alios quos logodædalos apellat ĩ Pædro Socrates:quorũ ſatis arguta multa:ſed ut modo primumque naſcẽtia minuta:& uerſiculorũ ſimilia quædam nimiumq; depicta quo magis ſũt Herodotus Thucidideſq; mirabiles: quorum ætas quum ĩ eorum tempora: quos nominaui incidiſſet:longiſſime tamen ipſi a talibus delitiis uel potius ineptiis abſuerunt: Alter enim ſine ullis ſalebris:q̃ſi ſedatus amnis fluit:alter ĩcitatior fertur:& de bellicis rebus canit etiam quodãmodo bellicum:primiſq; ab his (ut ait Theophraſtus) hiſtoria cõmota ẽ.ut auderet huberius quam ſuperiores & ornatius dicere. Horum ætati ſucceſſit Iſocrates qui preter cæteros eiuſdem generis laudatur ſemper a nobis:nonnũquam Brute leuiter & erudite repugnante te.Sed credas mihi ſiquid in eo laudũ cognoueris.Nam quum cõciſſus ei Thraſimachus minutis numeris uideretur:& Gorgias. qui tamen primi traduntur arte quadã uerba iunxiſſe:Thucidides autẽ præfractior:nec ſatis (ut ita dicã) rotundus primus inſtituit dilatare uerbis:& mollioribus numeris explere ſententias.In quo cum doceret eos qui partim in dicẽdo: partim in ſcribendo principes extiterunt: domus eius officina habita eloquẽtiæ ẽ:Itaque ut ego cũ a noſtro Catone laudabar:uel reprehendi me a cæteris facile patiebar.ſic Iſocrates uidetur teſtimonio Platonis aliorum iudicio debere contemnere.Eſt eni(ut ſcis) quaſi ĩ extrema pagina Phædri his ipſis uerbis loquens Iſocrates.adoleſcẽs:etiã nunc o Phædre Iſocrates eſt.Sed quid de illo augurer lubet dicere.

Verba uerbis quaſi demenſa:& paria paribus reſpõdeant.nã ideo etiã a græcis pariſa nominanᷓ:q̃ cæſim: aut membratim loquentes:ut abunde paulopoſt dicetur.paribus ſyllabis colligamus:& periodos terminemus. Conferant pugnantia.quæ in topicis repugnantia:uel quæ antitheta uocare grammatici ſolent. Pariter extrema terminentur.quæ tum homœoptota: tũ homœoteleuta dici ſolent.ideſt ſimilibus caſibus:aut ſimili ſono terminata. Quæ in ueritate cauſarum rarius multo facimus.ne dicendi lenocinium appareat.

In panathenaico Iſocrates.oratione:quæ ita inſcribiᷓ de laudibus mineruæ:quæ athenis præſidebat. Studio cõſectatũ fateᷓ.iquiens: επραγματευομην τουσ περι των συμφεροντων τη πολει και τοισ αλλοισ ελλησι συμβουλευοντασ και πολλον μεν ενθυμηματων γεμοντασ ουκ ολιγων δ αντιθεσεων και παρισωσεων και των αλλων ιδεων των εν ταισ ρητορειαισ διαλαμπουσων και τουσ ακουοντασ επισημαινεσθαι και θορυβειν αναγκαζουσων, νυν δ ου δοκω παρομι τουσ τοιουτουσ ηγουμαι ου χαραττειν τε τοισ ετεσι τοισ εννενηκοντα και τεσσαρσιν ων εγω τυγχανω γεγονωσ. Non.n. ad iudicioꝝ certamẽ.ſed uoluptatem auriũ ſcripſerat quod certe ipſe quoq; confitetur dicẽs.και νουθετουντασ των προσ ηδονην και χαριν λεγομενων. Quos logodædalos.ideſt uarietate ſermonis diſtinctos a logos:quæ oratio dicitur:& dædalo quod eſt uario. Vel potius ineptiis.ineptũ ſiquidem eſt in his nimium inhærere. Alter enim ſine ullis ſalebris.herodotum dicit amœniſſimum. Sine ullis ſalebris.ideſt ſine ſcabro:duroque ullo dicendi genere. Alter ĩcitatior fertur.ſubaudi thucydides. Canit quodam modo bellicũ.quia celſa:ac ſublimi quadã uerboꝝ utitur compoſitione: Succeſſit Iſocrates.ex decẽ: qui uno tempore fuerunt athenis oratoribus unus:q̃q̃ rhetor potius q̃ orator dicẽdus uideatur.laudatur quia omnes dicendi ueneres confectatus eſt. Thucydides autem præfractior.quod nimia breuitas facere compulit. Nec ſatis:ut ita dicam:rotundus.quia ut rotunda figura capaciſſima omnium eſt,ita abſoluta undiq; cui nihil deeſt:ita oratio cui nihil deeſt:nihilq; ſuperfluit rotunda nuncupatur. Primus inſtituit dilatare uerbis. de Iſocrate loquitur. Et mollioribus numeris.quia ſunt & aſperiores:ſicut & uoces. Domus eius officina habita eſt eloquẽtiæ.itaq; & in Bruto inquit.extitit igiᷓ iam ſenibus illis:quos paulo ante diximus Iſocrates:cuius domus cunctæ græciæ quaſi ludus quidam patuit: atq; officina dicẽdi magnus orator:& pfectus magiſter q̃q̃ forenſi luce caruit:itaq; parietes aluit eam gloriam: quam nemo in eo quidẽ iudicio eſt poſtea conſecurus. is & ipſe ſcripſit multa præclare:& docuit alios:& cum cætera melius q̃ ſuperiores:tum primus ĩtellexit etiam in ſoluta oratione:dum uerſum effugeres:modũ tamẽ & numeꝝ quẽdã oportere ſeruari.ante hũc.n.uerboꝝ: quaſi ſtructura:& quædam ad numerum cõcluſio nulla erat:aut ſi quãdo erat non apparebat eam dedita opera eẽ quæſitã.Quĩtil.porrho Iſocrates inq̃t ĩ diuerſo genere dicẽdi nitidus:& cõptus:& palæſtræ quam pugnæ magis accõmodatus oẽs dicẽdi ueneres ſectatus ẽ:nec ĩmerito.auditoriis.n.ſe nõ iudiciis cõparat iuentiõe facilis:honeſti ſtudioſus:in cõpoſitiõe adeo diligẽs:ut cura eius rep̄hẽdaᷓ. In extrema pagina phædri.q̃ dialogus de pulchro ĩſcribiᷓ.phædrũ a ſuo appellauit diſcipulo.

Socrates auguratur.ideſt prædiuinat:ac coniectatur

In illo epidictico genere.ut ſupra diximus demonſtratiuo. Proprium ſophiſtatum.qui ſe ad laudandum:uituperandumque ſolum exercuere. Gymnaſiis.ꝙ nuda in palæſtra eſſent corpora:perſuſaque oleo: Palæſtræ:unde & palæſtritæ:qui colluctantur in palæſtra dicuntur. Huius nutrimentis.uenuſtatibus:& dicendi leporibus demonſtratiui generis. Colorat.figuris diſtinguit uariantibus orationem. Et roborat. ſententiis. De oratoris quaſi incunabulis.de primordiis:unde ipſa ali eloquentia conſueuit. In aciem dimicationemque ueniamus.id eſt iudiciale genus:ī quo cum aduerſantibus nobis colluctamur:& quodāmodo manus conſerimus. Quoniam tria uidenda ſunt oratori.quid dicat.quod inuētionis eſt. Et quo quicque loco.quod diſpoſitionis eſt. Et quo modo dicendum omnino eſt.quod ad elocutionem pertinet.

Et germani attici.i. qui proprie atticus dicẽdus ſit cuiuſmodi ferme ſunt comœdiæ omnes præſertim ariſtophanis:hyperides: quem quintilianus dulcem & acutum ait. Demoſthenes minus habet. ita quĩtilianus de riſu locutus quanta aũt ſit: inqt in ea difficultas: uel duo maximi oratores: alter græcæ: alter latinæ eloquentiæ principes docẽt.nam pleriq; demoſtheni facultatem defuiſſe huius rei credunt.ciceroni modũ nec uideri pôt noluiſſe demoſthenes: cuius pauca admodum dicta: nec ſane cæteris eius uirtutibus reſpondentia palam oſtendũt:nec diſplicuiſſe illi iocos:ſed non cõtigiſſe: noſter uero non ſolũ extra iudicia: ſed in ipſis etiã orationibus habitus ẽ nimis riſus affectator. Quo quidem nihil mihi uidetur urbanius. ſecus ergo ac qntilianus dicat ſentit cicero.uerum quid per urbanum intelligat exponit:cũ inqt. Sed nõ tã dicax fuit.oblectatus riſum cõmouere. Quã facetus.i.comptus: & mulcens audientis animũ. Acrioris ingenii.tam repẽte cõparata genera habere ridiculoꝝ. Hoc maioris artis. oblectare poſſe animũ nõ riſum excitare: ſed exhilarare mentem. Huberius ẽ aliud. Expoſuit formã: & q̃ſi ideã cicero humilis characteris: nũc mediocris:& temperati faciem docere incipit. Quam enucleatum. Hoc humile dicit: de quo iam dictũ eſt.plurimũq; eſt ĩ hac oratoris forma ſuauitatis ideo homerus cũ menelao argutũ illud genus: & minime errans attribuiſſet:ſuaue ut melli cõpararet neſtori attribuit. Sed phalereus demetrius:meo iudicio:præſtitit cæteris. in hoc inquit dicendi mediocri charactere demetrius phalereus excelluit:de quo quintilianus quando etiã inquit phalereum illum demetrium quãq̃ is primus inclinaſſe eloquentiam dicitur multũ ingenii habuiſſe:& facundiæ fateor: & uel ob hoc memoria dignũ quod ultimus eſt fere ex atticis qui dici poſſit orator:quem tamen in illo medio genere dicendi præfert omnibus cicero. Tranſlata:ea dico.ĩ totum inquit quintilianus metaphora breuior eſt ſimilitudo eoq; diſtat quod illa comparatur rei quam uolumus exprimere: hec pro ipſa re dicitur. comparatio eſt cum dicitur feciſſe quid hominem:ut leonem. tranſlatio cũ dico de homine leonem:item quid.n. diceret aliud ſitire ſegetes:& frutices laborare neceſſitate nos durũ hominem:aut aſperum.nõ.n.proprium erat quod daremus his affectibus nomen.nã incenſum ira:& inflãmatum cupiditate:& lapſum errore ſignificandi gratia illa ad ornatũ lumẽ oratiõis:& generis claritatem cõcionũ procellas:& eloquentiæ flumina:ut cicero ipſe pro milone clodiũ fontem gloriæ eius uocat:& ſegetẽ:ac materiẽ.i. quod cicero iquit ꝑ ſimilitudinẽ trãſlationẽ fieri ait:aut ſuauitatis:aut inopiæ cauſa. Arcem:& urbẽ orbas. qa orbi homines dicuntur. Si ꝓ patria arcẽ dixiſſet. qa partẽ pro toto ponẽs fuit ſynecdoche:& tamẽ trãſtatio.

Aphricam terribili ttemore tumultu: quum dicit pro Aphris immutat Aphricam. Hanc hypallagen rhetores: quia quaſi ſumantur uerba pro uerbis: metonymiam grammatici uocant: qꝫ nomina tranſferuntur. Ariſtoteles autem tranſlationi hæc ipſa ſubiungit: & abuſionem: quam chatacreſim uocat: ut quum minutum dicimus animũ pro paruo: & abutimur uerbis propinquis ſi opus eſt: uel quod delectat: uel quod licet: iam quum fluxerunt continuæ plures tranſlationes: alia plane fit oratio. Itaqꝫ genus hoc græci appellant allegoriam nomine recti genere. Melius ille: qui iſta omnia tranſlationes uocat. Hæc frequentat Phalereus maxime: ſuntqꝫ dulciſſima: & quanquã tranſlatio eſt apud eũ multa: tamen immutationes nuſquam crebriores in idem genus orationis. Loquor enim de illa modica & temperata uerborum cadunt lumina omnia: multæ etiam ſententiarum latæ eruditæqꝫ diſputatiões ab eodem explicantur: & loci cõmunes ſine contentione dicuntur. Quid multa? e philoſophorum ſcholis tales fere euadunt: & niſi coram erit comparatus ille fortior per ſe ipſe quem dico probabitur. Eſt enim quoddam etiam inſigne: & florens oratiõis pictum & expolitum genus: in quo omnis uerborum omnes ſententiarũ illigantur lepores: Hoc totum e ſophiſtarum fontibus defluxit: ĩ forum: ſed ſpretum a ſubtilibus: repulſum a grauibus: ĩ ea de qua loquor mediocritate conſedit. Tertius ille amplus copioſus: grauis ornatus: in quo profecto uis maxima eſt. Hic eſt enim cuius ornatum & copiam admiratæ gentes eloquentiam in ciuitatibus plurimum ualere paſſæ ſunt. Sed hanc eloquentiam quæ curſu magno ſonituqꝫ ferretur: quam ſuſpicerent omnes: quam admirarentur: quam ſe aſſequi poſſe diffiderent. Huius eloquentiæ eſt tractare animos: huius omnimodo permouere. Hæc modo perfringit: modo irrepit in ſenſus: inſerit nouas opiniones: euellit inſitas. Sed multum intereſt inter hoc dicendi genus & ſuperiora: qui in illo ſubtili: & acuto elaborauit: ut callide arguteqꝫ diceret: nec quicquam altius cogitaret. hoc uno profecto magnus orator eſt: ſi non maximus: minimeqꝫ in lubrico uerſabitur: & ſi ſemel conſtiterit nũquã cadet. Medius ille autẽ quẽ modicũ & tẽperatũ uoco: ſi modo ſuũ illud ſatis ĩſtruxerit: nõ extimeſcit ãcipitis dicẽdi incertoſqꝫ caſus: etiã ſi quãdo minus ſuccedet: ut ſæpe fit: magnũ tamen

Hanc hypallagẽ rhetores. metonymia inquit quintilianus: qui eſt nõis tropus nomine poſito: cuius uis ẽ p eo quod dicit cauſam propter quã dicit ponere: ſed ut ait cicero hypallagen eſſe rhetores dicunt. hæc iuenta ab inuentore: & ſubiecta ab obiicientibus ſignificat: ut cererem corruptam undis: & receptus terra neptũnus. claſſes aquilonibus arcet. refert aũt in quantum dictus tropus oratorem ſequatur: nam ut uulcanũ pro igne uulgo audimus: & uario marte pugnatum eruditus eſt ſermo: & uenerem q̃ coitũ dixiſſe magis decet: ita & liberꝝ: & cererem: pro uino: & pane licentius q̃ ut fori ueritas ferat: ſicut ex eo quod cõtinetur uſus recipit: bene moratas urbes: & poculum epotum: & ſæculum fœlix: hominẽ deuorari. cuius patrimoniũ conſumatur: poetæ pallida mors: æquo pulſat pede: pauperum tabernas: regumqꝫ turres pallentes habitant morbi: triſtiſqꝫ ſenectus: orator præcipitem iram hilarem adoleſcẽtiam ſegne ocium dicit. Quã catachreſis uocat. nã catachrome abutor ſignificat. Genus hoc græci appellant allegoriã. quaſi allo. i. aliud. agoreuõ. i. dicens: allegoriam inquit quintilianus: quam iuerſionem uocamus: ut aliud uerbis: aliud ſẽſu oſtendat: ut o nauis referent in mare te noui fluctus: & auia pieridũ peragro loca: & ſed nos immenſum ſpàcio confecimus æquor: & iam tempus æquum ſpumantia ſoluere colla. Cicero, equidem cæteras tempeſtates: & procellas in illis dũtaxat fluctibus cõtionũ ſemper miloni putauimus eſſe ſubeundas. Et niſi coram. hoc dicit. niſi magnificum illud dicẽdi genus: & character ille ſublimis conferatur hic mediocris amplus uidebit. Eſt. n. quoddã inſigne: ac florens & expolitũ genus: hoc genus quartũ multi faciunt: qđ antherinon uocãt alii: alii uero glaphyron: cicero autem temperato ipſi annectit. E ſophiſtarum fontibus: qui a latinis rhetores nominantur. Spretum a ſubtilibus. ab eis qui ĩ humili genere uerſantur. Repulſũ a grauibus. i. a grandiloquis.

Tertius ille amplus. nunc formam grauis generis exprimere cicero molitur. Quã admirarentur: quam ſe aſſequi poſſe diffiderent. hanc homerus ulyſſi potiſſimũ attribuit: de quo quintilianus. at ille q ſaxa deuoluat: & pontẽ idignetur: & ripas ſibi faciat multas torrens. iudicem: uel nitentem contra feret: cogetqꝫ ire: q̃ rapit. ĩde ſubiungit: ſed ad ſummam regreſſuſẽ homerus dicẽs ĩ ulyſſe facũdiã: & magnitudine illũ uiciſſe: cũ oratorẽ ſimilẽ nimbis hibernis: & copiã uerborum: atqꝫ impetum parem attribuit: cũ hoc igit nemo mortaliũ cõtendet hũc ut deum homines intuebuntur. hanc uim: & celeritatem in pericle miratur eupolis. hanc fulminibus ariſtophanes comparat. Magnus orator eſt qui in illo humili excellens, minimeque in lubrico uerſabitur. quia humilis labi planeqꝫ cadere non

poteſt. Etiam ſi quãdo periculũ nõ adibit.i.ſe magis non attollet q̃ pati poſſit. Hic noſter.i.grandis:& magnificus. Si ad hoc unum eſt natus.ut ſit magnificus. Aut huic generi ſtudet.uni quod facere nõ debet: ne tumidus ſemper uideatur:quia aliquando ſũmittẽda:aliquãdo temperanda eſt oratio. Ille.n. ſũmiſſus.i.humilis.Et ueteratorie.i.uafre:ut uerſute.ueteratores enim callidi dicti a multa rerum agendaꝝ uetuſtate. Grannius mulieri non aſtutæ facile ueterator perſuaſit. Si nihil eſt aliud.i.ſi ſemp ſublimis:& excelſus in dicendo.
Nihil partite.q̃ iter partiendũ genus cõtrouerſiæ ſummittiť oratio. ſimiliter ubi quid definias:ubi diſtinguas:& excipias. Præſertim cũ cauſæ.præcipue inquit cũ cauſæ oẽs in aliqua parte ſi non totæ ita tractandæ ſint:ut ſit quod partiare: aut quod dſinies: aut qđ diſtinguas ubi trãquille eniterq́ꝫ agendũ ſit oratori.

periculum non adibit. Aliter enim cadere non poteſt. At ueto hic noſter:quem pricipem ponimus grauis:acer: atdẽs:ſi ad hoc unum eſt natus: aut i hoc ſolo ſe exercuit:aut huic geneti ſtudet uni:nec ſuam copiam cum illis duobus genetibus temperauit: maxime eſt contemnendus.Ille enim ſummiſſus:q̃ acute: & ueteratorie dicit ſapiens iam:medius: ſuauis: hic autem copioſiſſimus:ſi nihil eſt aliud uix ſatis ſanus uideti ſolet. Qui enim nihil poteſt tranquille: nihil leniter: nihil pattite: diffinite: diſtincte: facere:dicere: præſertim quum cauſæ: partim totæ ſint eo modo:partim aliqua ex parte tractandæ: ſi is non præparatis auribus iſlammate rem cœpit:ſurere apud ſanos:& quaſi iter ſobrios bacchari uinolẽtus uidetur. Tenemus igitur Brute quem querimus: ſed animo:non manu. Si præhendiſſem:ne ipſe quidem ſua tanta eloquẽtia mihi perſuaſiſſet: ut ſe dimitterem. Sed inuentus profecto eſt ille eloquẽs quem nunquam uidit Antõius.Quid eſt igitur? ſed complectar breui. diſſeram pluribus.Is eſt enim eloquẽs:qui humilia ſubtiliter: & magna grauiter:& mediocria temperate poteſt dicere.Nemo is inquies unquã fuit:nec fuerit. Ego enim quid deſiderem:nõ quid uiderim diſputo. Redeoq́ꝫ ad illam Platonis(de qua dixeram)rei formam & ſpeciẽ: quã & ſi nõ cernimus:tamen animo tenere poſſumus. Nõ enim eloquẽtẽ q̃ro: neq́ꝫ quiequam mottale & caducum:ſed illud ipſum cuius: qui ſit compos:ſit eloquens:quod nihil eſt aliud niſi eloquẽtia ipſa: quam nullis niſi mentis oculis uidere poſſumus.Is erit igitur eloquens:ut idẽ iteremus: qui poterit patua ſummiſſe:modica temperate:magna grauiter dicere. Tota mihi cauſa pro Cæcinna de uerbis interdicti fuit:tes inuolutas definiendo explicauimus: ius ciuile laudauimus: uerba ambigua diſtinximus. Fuit ornandus in manilia lege Pompeius temperata oratione: ornandi copiam perſecuti ſumus. Ius omne retinendæ maieſtatis Rabirii cauſa continebatur.Ergo in omni genere amplificatiõis exarſimus. At hæc interdum temperanda & uarianda ſunt. Quod igitur in accuſationis ſeptem libris non reperitur genus: quod in habiti: quod in Cornelii:quod in pluribus noſtris defenſionibus:quæ exempla ſelegiſſẽ:niſi uel nota eſſe arbitrarer: uel poſſe eligere qui quæreret.Nulla ẽ enim ullo i genere laus oratoris: cuius in noſtris oratiõibus nõ ſit aliqua:ſi nõ pfectio:at conatus tamẽ:atq́ꝫ adũbratio: nõ aſſequimur: at q̃d ſit: quod deceat uidemus. Nec enim nunc de uobis:ſed de re dicimus: in quo tantum abeſt: ut noſtra miremur ut uſq́ꝫ eo difficiles ac moroſi ſimus:ut nobis non ſatiſſaciat ipſe Demoſthenes:qui quanquã unus eminet iter oẽs in omni genere dicendi:tamen non ſemper implet auris meas. Ita ſunt

Non præparatis auribus.i. attentis:docilibus: & beniuolis effectis.
Inflãmate. quod ẽ grãdis generis. Si præhendiſſẽ. facete cicero iocať cum bruto. Inuentus. quia a me dicẽdo expreſſus ẽ. Ad illã platonis. ideã dicit de qua ſupra ut locus exigebat dictum ẽ abũde. Patua ſũmiſſe.i. qui i oĩ dicẽdi charactere pprius: & copioſus fuerit. Tota mihi cã p cæcina.ibi acutus: & humilis cicero: & perinde ſtilo oĩa humilia humili cõſectatus. In manilia lege. quã manilius rogauerat: ut cũ ſciſceret populus ĩ quo genere mediocritatẽ dicẽdi ſe cõſectatũ ait.
Ius oẽ retinẽdæ maieſtatis. qd magnifici fuit characteris. In oi genere amplificationis exarſimus. ſpecioſe dictũ: exarſimus ne dicat ſe cõpotem uoti fuiſſe eius quod tẽptauerat ait uæhementi mentis ĩtentione conati ſumus. In accuſationis ſeptem libris. ĩ uerrem quem repetundarum accuſauimus defendente hortenſio.
Quod in habiti. in ea quam pro poſthumo habito habuimus. Quod in cornelio. cum defendimus cornelium. Quod in pluribus noſtris defenſionibus. quoniam fere ſemper defendit:rariſſime autem accuſauit cicero. Si non perfectio. licet intueri: quam ſibi

moderetur: arrogantiæq́ꝫ fugiat inuidiam. Moroſi. qui affectati moris ſunt: & inde ſemper queru/

auidæ & capaces: & ſæpe aliq̇d immēſū īſinitūq; deſiderāt: ſed tamen
quoniā & hūc tu oratorē cū eius ſtudioſiſſimo priamene quū eſſes Athe
nis totū diligētiſſime cognouiſti. Neq; enī dimittis e māibus: & tamen
noſtra etiā lectitas. Vides ꝑfecto illū multa ꝑficere: nos multa conari: il
lum poſſe: nos uelle quocunq; modo cauſa poſtulet dicere: ſed ille ma-
gnus. nam & ſucceſſit ille magnis: & maximos oratores habuit æquales:
Nos magnū fecimus: ſi qdem potuiſſemus: quo contendimus pueri
re in ea urbe in qua (ut ait Antonius) auditus eloquēs nemo erat. Atqui
ſi Antonio Craſſus eloquēs uiſus non eſt: aut ſibi ipſe tibi nunq̃ cōtra ui
ſus eſſet: nunq̃ Sulpitius: nunq̃ Hortenſius: nunq̃ ample Cotta: nihil le-
niter Sulpitius: non multa grauiter Hortenſius. Superiores magis ad
omne genus apti: Craſſum dico & Antonium. lenitas igitur huius multi
plicis & æqualiter in omnia genera fuſæ orationis auris ciuitatis accæpi
mus: eaſq; nos primi quicūq; eramus: & quantuluncūq; dicebamus ad
huius generis dicendi: audiēdi: incredibilia ſtudia cōuertimus. Quan-
tis illa clamoribus adoleſcentuli diximus de ſupplicio parricidarū: quæ
nequaquā deſeruiſſe poſt aliquāto ſentire cœpimus. Quid enim tam
cōmune: q̃ ſpiritus uiuis: terra mortuis: mare fluctibus: littus eiectis? Ita
uiuunt dum poſſunt: ut ducere animam de cœlo non queant. ita moriū
tur: ut eorum oſſa terra non tangat: ita iactantur fluctibus ut nunq̃ ab-
luātur: ita poſtremo eiiciunt̃ ut ne ad ſaxa quidem mortui coquieſcant:
& quæ ſequūtur. Sunt enim omnia ſicut adoleſcentis: non tam re & ma
turitate: quam ſpe & expectatione laudati: ab hac īdole iam illa matura
uxor generi: nouerca filii: filiæ pelex. Nec uero hic unus erat ardor ī no-
bis: ut hoc modo omnia diceremus. Ipſa enim illa pro Roſcio iuuenilis
redundantia multa habet attenuata: quædam etiā paulo hilariora. At
pro habito: pro Cornelio: complureſque aliæ: Nemo enim tam multa
orator: ne in græco quidē ocio ſcripſit: quam multa ſunt noſtra ea quæ
hanc ipſam habent quam probo uarietatem. An ego Homero: Ennio:
reliquis poetis maximis tragicis concederem: ut ne omnibus locis ea-
dem contentione uterentur: crebroq; mutarent? Nonnunquam etiam
ad quotidianum genus ſermonis accederent. Ipſe nunquā ab illa acer-
rima contentione diſcederem? Sed quid poetas diuino ingenio profe-
ro? Hiſtriones eos uidemus: quibus nihil poſſet in ſuo genere eſſe præ
ſtantius: quam non ſolū in diſſimillimis perſonis ſatiſfaciebant quum
tamen in ſuis uerſarentur: ſed & comœdum in tragœdiis: & tragœdum
in comœdiis admodum placere uidimus. Ego non elaborarē quum di-
co me: te Brute dico. Nam in me quidē iapridē effectū ē quod futurum
fuit. Tu autē eodē modo oīs cauſas ages: aut aliquod cauſarꝫ genus re-
pudiabis: aut in iiſdē cauſis perpetuū: & eundē ſpiritū ſine ulla cōmuta-
tione obtinebis? Demoſthenes q̃dem cuius nuper inter imagines tuas
ac tuorū: q; eum credo amares: quum ad te in tuſculanū ueniſſē: imagi-
nem ex ære uidi: nihil Lyſiæ ſubtilitate cedit: nihil argutiis: & acumini
Hyperidis: nihil leuitate Aeſchini: & ſplēdore uerborū. Multæ ſunt eius
totæ orationes ſubtiles: ut contra Leptinē: multæ ſunt: & totæ graues: ut
quædā philippicæ. multæ uariæ: ut cōtra Aſchinē falſæ legatōis: ut con
tra eundem pro cauſa Cteſiphōtis. Iam illud medium quotiens uult ati-

li. Illū. demoſthenem. Quo cōtēdimus. ſub-
audi: ut primi eſſemus romæ. ſed id reticēdo: ut
euitet arrogātiā reliquit nobis ꝑferendū. Nūq̃
cotta. nūq̃ ſulpitius: quos facit cicero in li. de orato
re ſtudioſiſſimos audiē-
di craſſum: & antoniū de arte dicendi differentes.
Ad oē genus. ī oī chara
ctere. Eaſq;. ſubaudi au
ris detīebamus. Quæ
neq̃q̃ deſeruiſſe. quia ſi-
milia plura alia protuli-
mus: ponitq; egregiā ſen
tentiæ ſimilitudinē. Et
quæ ſequuntur. ſubaudi
illum locū: quæ poſtea di
ximus. Ab hac indole
iam illa. ſubaudi etiā pro
tulimus ſuperioribus ſi
milia. Sed matura ꝓ ro
ſcio. nā ferunt eam pri-
mā ciceronis cauſam fuiſ
ſe: cuius patrocinium ſu
ſceperit. Iuuenilis re-
dundantia. quam ipſe in
bruto ait caſtigatā rho-
di a molone cui operam
aliquādiu dedit. Vt ne
omnibus locis eadē cōtē
tione uterent̃. hoc dicit
an cōcedemus: ut poetæ
uario utantur dicēdi cha
ractere: & nō poetis hoc
idē dederimus. Diuīo
īgenio ꝓfero. quoniā ut
plato: ut democritus in-
quiebat naſcit̃ poeta. ita
cicero etiā de oratore: &
pro archia: cæteri aūt fi-
unt itaq; afflati quodam
ſpiritu quaſi diuīo ad di
cēdū ſolos poetas multis
rationibus cōprobarunt.
Sed & comœdū. q co-
mœdias recitat comœ-
dus: q tragœdias tragœ-
dus appellatur. Iāpridē
effectū ē. qa cāſ agere deſi
uimus. Vt contra lepti
nem. quā habuit demo-
ſthenes ipſum leptinē ac-
cuſans. Falſæ legatiōis.
ſubaudi ad philippum.
Pro cauſa cteſiphōtis.
quæ oratio de corona in-
ſcribitur: quoniam cteſi-
phōteam demoſtheni at
tribuerat nō iure: ut æſ-

pit: & a grauiſſima diſcedens eo potiſſimũ delabitur: clamores tamen cũ mouet: & tũ in dicendo plurimũ efficit: quum grauitatis locis utitur: ſed ab hoc parũper abeamus quãdo quidẽ de genere non de homine quærimus rei potius id eſt eloquentiæ uim & naturam explicemus. Illud tamen quod iam ante diximus meminerimus: nihil nos præcipiẽdi cauſa eſſe dicturos: atq; ita potius acturos: ut exiſtimatores uideamur loqui: non magiſtri: ĩ quo tamẽ longius progrediemur: quod uidemus hoc te non hæc ſolum eſſe lecturum: qui ea multo q̃ nos: qui quaſi docere uideamur: habes notiora. Sed hunc librũ etiã ſi minus noſtra cõmẽdatione tuo tamen nomine diuulgari neceſſe eſt. Eſſe igitur perfecte eloquẽtis puto: non eam ſolum facultatẽ habere: quæ ſit eius ꝓpria fuſe: lateq; dicẽdi: ſed etiã uicinã eius: atq; finitimã dialecticoꝵ ſcientiã aſſumere q̃q̃ aliud uidetur oratio eſſe: aliud diſputatio: nec idẽ loqui eſſe quod dicere. Attamen utrũq; in diſſerendo eſt diſputandi ratio: & loquendi: & dialecticoꝵ ſit oratorũ aũt dicendi: & ornandi. zeno quidem ille a quo diſciplina ſtoicorum eſt manu demõſtrare ſolebat: quid inter has artis intereſſet. Nam quum cõpreſſerat digitos pugnumq; fecerat: dialecticam aiebat eiuſmodi eſſe. Quum autẽ diduxerat: & manũ dilatauerat palmæ illius: ſimilẽ eloquẽtiam eſſe dicebat. Atq; etiã ante hunc Ariſtoteles prĩcipio artis rhetoricæ dicit illã artem quaſi ex altera parte reſpondere dialecticæ: ut hoc uidelicet differant ĩter ſe: q; hæc ratio dicendi latior ſit illa loquendi contractior. Volo igitur huic ſummo omnẽ: quæ ad dicendum tradi poſſet: loquendi rationẽ eẽ notam: quæ quidem res: quod te his artibus eruditũ minime fallit: duplicẽ habuit dicendi uiam. Nam & ipſe ariſtoteles tradidit præcæpta plurima diſſerendi: & poſtea qui dialectici dicũtur ſpinoſiora multa pepererunt. Ergo eum cenſeo qui eloquentiæ laude ducatur non eſſe earum omnino rudem: ſed uel illa antiqua: uel hac Chryſippi diſciplina inſtitutum. Nouerit primũ uim: naturã, genera uerborũ: & ſimpliciũ: & copulatoꝵ. Deinde quot modis quicq; dicatur qua ratione uerũ falſum ne ſit iudicet̃: quid efficiatur: eo quoque quod cuiq; cõſequẽs ſit quodq; cõtrariũ. Quũq; ambigue multa dicẽtur: quomodo quicq; eorũ diuidi: explanariq; oporteat: hæc tenenda ſunt oratori. Sæpe enĩ occurrunt: ſed quo ſua ſpõte ſqualidiora ſunt adhibendus erit in his explicandis quidã orationis nitor. Et quoniam in omnibus quæ ratione docentur & uia: primũ cõſtituendũ ẽ: quid quoq; quid ſit: niſi enim ĩter eos qui diſceptẽt

chynes arbitrabat̃. Illud mediũ. ſubaudi dicendi genus. Sed ẽt uicinã eius. ſenſus ẽ nõ modo debet orator uim dicẽdi copioſe: ac fuſim: ſed ẽt anguſte: enucleate: preſſe quod artis diſſerẽdi ꝓpriũ eſt: quã dialecticẽ græci uocãt. Atq; ẽt ante hũc. ſubaudi zenonem cyticum. nã octo fuere zenones. Dicit illã artẽ quaſi ex altera parte reſpondere dialecticæ. i. eſſe antiſtrophon: ita. n. ĩquit. ρητορικη εςι αντιςροφοσ τη διαλεκτικη· αμφοτεραι γαρ περι τοιουτων τινων εισιν α κοινα τροπον τινα απαντων εςι γνωριζειν και ουδεμιασ επιςημησ αφωρισμενησ· διο και παντεσ τροπον τινα μετεχουσιν αμφοιν. Qui enĩ pſuadere dicendo uult arguat neceſſe ẽ ſicut plato perſuaſionem in rhetorices diffinitione poſuit cũ ĩqt. πειθουσ δημιουργον. Et ariſtoteles qualiter cũ ait. δυναμιν τεχνικην του περι εκαςον ενδεχομενου πιθανωσ λεγειν. Ita hermagoras. δυναμισ περι λογον τελοσ εχουσα το πειθειν οσον εφαντη. Diony. quoq; halicarnaſeus ĩqt. δυναμισ τεχνικη λογου πιθανου εν πραγματι πολιτικω τελοσ εχουσα το καλωσ ειπειν κατα το ενδεχομενον. hoc potius q̃ ut quidam. δυναμισ κατασκευςικη και ανασκευαςικη δικαιων και αδικων πραγματων. uel ut alii. επιςημη ευ λεγειν. tametſi in idem recidit. Ratio dicendi: quæ oratoris eſt: illa loquendi: quæ dialectice eſt. Spinoſiora multa pepererunt nõ ut magis ariſtotele: ipſam aperiat: ſed ut rem redderet obſcuriorẽ ingenioſioreſq; ipſi uiderẽtur: ut chriſippus qui in dicẽdo: ut cũ multi: tũ uel in primis galenus medicus arguit fuit omniũ philoſophorũ infantiſſimus: quẽ ſæpe artis grammatices imperitiæ coarguit. Vim naturã genera uerborum. i. quicq; uoces: & categorias: quæ iuniores ꝑdicabilia: & prædicamẽta nominarũt. Simpliciũ. cũ ꝑ ſe ĩtelligũtur: Copulatorũ. cũ ex eis fiunt oratiões. Deinde quot modis qcq; dicat̃. quæ oratiões a iunioribus æquipollentiæ nominãtur. Qua ratiõe ueꝝ falſum ne ſit iudicet̃. ex cõtrariis: cõtradictoriiſq;: ſubcõtrariis: & ſubalternis. Quid efficiat̃: eo quoq; qd qq; cõſequẽs ſit. ita. n. oĩs ſtruitur argumẽtatio: ut ex ꝑmiſſis qbuſdã: unde ſequat̃ aliquid neceſſario: uel ꝓbabiliter ut in ſyllogiſmis: & ĩductionibus. Quodq; cõtrariũ. nã plerũq; ita ad id quod ĩpoſſibile ẽ aduerſariũ adducimus: ut mathematici: & aliquãdo ẽt phyſici. Cũq; ambigue multa dicẽtur. ĩmo ẽt diſtinguẽdũ: ut ariſtoteles docet in elenchis. Diuidi: explanariq; oporteat. ut totũ ĩ partes: genus in ſpẽs: quod ſæpe faciũt in dicẽda

cã oratores. Cõſtituendũ quid ſit.i.diffinitione utendũ: qua quid ſit aliquid explicatur:ac cũ decẽ:& octo fe
re ſint diffinitionũ genera unũ longe pꝛæſtantiſſimũ eſt quod ꝑ genus:& differentiã:uel aliquid differentiæ lo
co explicatur. Si quidẽ eſt diffinitio oratio:quæ quid ſit id de quo agitur oſtẽdit quã breuiſſime.hæc ẽ diffini
tionis platonica diffinitio.inquit ſiquidẽ plato.οριϲμοϲ εϛι λογοϲ ϲιν τομοϲ δηλωτικοϲ τηϲ φυϲεωϲ του
υποκειμενου πραγματοϲ.nã
ariſtoteles in topicis licet aliter
diffinire uideatur idẽ tamẽ pro
pemodũ dicit cũ iqt. ορίϲμοϲ
εϛι λόγοϲ ὁ τὸ τι ἦν εἶναι ϲη-
μαίνων. Eius generis ſiue for
mæ.quæ & ſpecies appellãtur.
Siue partes.cum totum diui
ditur. Omnis oratio.i.tota di
uidendi ratio ſiat. Quã in il-
lis eruditiſſimis diſputatiõibus
ſubaudi philoſophoꝝ. Neqꝫ
prætermittat: neqꝫ redundet.
quod diuiſionis ꝓprium eſt ſi
cut diffinitionis per genus ſuũ:
& ſuã differentiã fieri: ut hõ eſt
aĩal ratiõale:ut aliis placet ſi ad-
dere uolueris ꝓpter dæmonas
mortale: & ꝓpter nymphas ſci
entiæ et intelligẽtiæ capax.quã
do aũt aut quo modo id facias
nihil ad hoc tẽpus: quoniã lo-
cus fuit in topicis:& hoc tẽpore
ĩqu itoſtẽdimus:ac circũſcribi-
mus oratorẽ ꝑfectum nõ doce
mus q̄cquã. Oĩs philoſophiæ
notos: & tractatos locos.tota ſi
quidẽ philoſophia: ut ariſtote-
les tradit:ut ẽt ptolemæus ĩ prĩ
cipio magnæ cõſtructionis ma
thematicæ: ut eius quoqꝫ inter
pres theon: in agẽdi: & inſpiciẽ
di ſpẽs diuiſa ẽ:agẽdi oĩs uis ad
mores relegata eſt: inſpiciendi
aũt diuidiť ĩ theologiã:& phy-
ſicã:& mathematicas ſcientias:
mathematicæ uero ſunt arith-
metrica: geometria:muſica: &
aſtrologia:nã optica:catopettri
ca: geodeſia: canonica: & pror-
ſus iſtrumẽtalis oĩs illaꝝ ſunt
ſpẽs. Sed ieiunius aguntᷓ. at-
gutius ſiquidem hæc a philoſo
phis tractãtur q̄ ab oratoribus.
De materia loquor oratiõis.
quoniã de dicẽdi mõ mox diſ-
ſerã. Ne phyſicoꝝ qdẽ igna-
rũ eẽ uolo.i. naturalis ẽt gnarũ
eẽ philoſophiæ:ſiqdẽ phyſis na
tura dicitur: unde phyſicus: &
phyſicoꝝ neutro genere: phy-
ſica:& rhetorica: & biblia dici-
mus:quæ res phyſicas: rhetori-
cas: & libros plures. continent.

conuenit:quid ſit illud de quo ambigitur:nec recte diſſerit:nec un
quã ad exitũ ꝑueniri poteſt. Explicanda eſt ſæpe uerbis mens no-
ſtra de quaqꝫ re:atqꝫ inuolutæ rei noticia diffiniendo aperienda ẽ.
Siquidem eſt definitio:oratio:quæ quid ſit id de quo agitur oſten
dit quã breuiſſime. Tũ ut ſcis explicato genere cuiuſqꝫ rei.uiden-
dum eſt quæ ſint eius generis ſiue formæ: ſiue partes in eas tribua
tur omnis oratio.Erit igitur hæc facultas in eo quem uolumus eẽ
eloquentẽ:ut definire rem poſſit:neqꝫ id faciat tã preſſe: & angu-
ſte:quã in illis eruditiſſimis diſputationibus fieri ſolet: ſed quum
explanatius:tũ etiam huberius:& ad cõe iudiciũ popularẽqꝫ ĩtelli
gẽtiã accõmodatius. Idẽqꝫ etiã quum res poſtulabit genus uniuer
ſum ſpẽs certas:ut nulla neqꝫ prætermittatᷓ: neqꝫ redundet:partie
tur ac diuidet. Quãdo aũt:aut quomodo id facias:nihil ad hoc tẽ
pus:quoniã (ut ſupra dixi) indicẽ me eſſe nõ doctorẽ uolo. Nec
uero dialecticis modo ſit inſtructus:ſed habeat oĩs philoſophiæ no
tos & tractatos locos. Nihil enim de religiõe:nihil de morte:nihil
de pietate:nihil de charitate patriæ:nihil de bonis rebus:aut ma-
lis:nihil de uirtutibus aut uitiis:nihil de officio:nihil de dolore:ni
hil de uoluptate:nihil de perturbationibus aĩ & erroribus quæ ſæ
pe cadunt ĩ cauſas:ſed ieiunius agunt:nihil inq̄ ſine ea ſciẽtia: quã
dixi grauiter.ample:copioſe dici:& explicari poteſt. De materia
loquor orationis etiam nunc:non de genere ipſo dicendi. Volo.n.
prius habeat orator rem de qua dicat dignã auribus eruditis: quã
cogitet.quibus uerbis quicqꝫ dicat: aut quomodo: quem etiã quo
grãdior ſit & quodammodo excelſior: ut de Pericle dixi ſupra: ne
phyſicorũ quidem eſſe ignarum uolo. Omnia ꝑfecto quum ſe a
cæleſtibus rebus refert ad humanas excelſius magnificentiuſqꝫ &
dicet & ſentiet.Cũqꝫ illa diuĩa cognouerit:nolo ne ignoret:ne hæc
quidem humana ius ciuile teneat:quo egent cauſæ forenſes quot-
tidie. Quid eſt enim turpius q̄ legitimarum & ciuilium contro-
uerſiarum patrocinia ſuſcipere:quum ſis legũ & ciuilis iuris igna
rus? Cognoſcat etiam rerum geſtarum:& memoriæ ueteris ordi-
nem maxime ſcilicet noſtræ ciuitatis: ſed & imperioſiorum popu
lorum & rerum illuſtrium:quem laborem nobis attici noſtri leua
uit labor:qui conſeruatis notatiſqꝫ temporibus nihil quũ illuſtre
prætermitteret annorum ſeptingentorũ memoriã uno libro colli
gauit. Neſcire autem quid antea q̄ natus ſit acciderit: id eſt ſemꝑ
eſſe puerum. Quid enim ætas hominis niſi memoria rerum uete
rum:quum ſuperiorum ætate contexitur? Cõmemoratio autem

A cæleſtibus rebus:quoniam res phyſicæ nõ mõ intelligũtur in humanis rebus:ſed ẽt diuinis:ut pauloante
diximus. Cũ ſis legũ:& ciuilis iuris ignarus:lex eſt inquit papinianus cõmune præceptũ uirorum prudẽtiũ
conſultũ:delictorũ:q̄ & ſponte:uel ignorantia contrahũtur coertio:communis reipublicæ ſponſio:lex porrho
omnis aut tribuit.aut adimit:aut punit:aut iubet: aut uetat: aut ꝑmittit. Ius ciuile autẽ eſt: ut papinianus in

quit:quod ex legibus plebeſcitis ſenatuſconſultis: decretis:placitis prīcipū: autoritate prudentiū uenit: ut aūt ulpianus inquit: ius ciuile eſt:quod neq; in totū a naturali:uel gentiū recedit:nec per oīa ei ſeruit: itaq; cū aliqd addimus:uel detrahimus iuri cōmuni. ius ppriū. i. ciuile efficimus. Autoritatē orationi affert: quia uetera autoritatē ſemp præſeferunt. Et fidē. quia facilius adducimur: ut credamus priſcis: q̃ nouis. Habebit genera primū ipſa cognita. demonſtratiuū: deliberatiuū: & iudiciale. Res aut de uero. ut ſit quod arguat̃ uerū nec ne unde cōiecturalis & inficialis ſtatus. Aut de recto. i. de q̄litate unde negocialis: & iuriſdicialis: & inde multæ ex iuriſdiciali ſpecies: q̃ ipſæ in rhetoricis cōplexus eſt. Aut de nomine. inde finito: ſiue finitiuus ſtatus.

antiquitatis: exēplorūq; probatio ſūma cum delectatione: & auctotitatem orationi affert:& fidem. Sic igit̃ inſtructus ueniet ad cauſas: quatum habebit genera primum ipſa cognita. Erit enim ei perſpectum: nihil ambigi poſſe: in quo non aut res cōtrouerſiam faciat aut uerba. Res aut de uero aut de recto: aut de nōīe. Verba aut de ambiguo aut de contrario. Nā ſi quando aliud ī ſentētia uidetur eſſe: aliud in uerbis genus ē quoddam ambigui: quod ex præterito uerbo fieri ſolet. In quo quod ē ambiguorum propriū res duas ſignificari uidemus. Q um tam pauca ſint genera cauſarum & argumentorū præcepta pauca ſunt: traditi ſunt e quibus ea ducant̃ duplices loci: uni ex rebus ipſis: alteri aſſūpti. Tractatio igitur rerum efficit admirabiliorē orationem: nam ipſe quidē res in pfacili cognitione uerſantur. Q uid enī iam ſequitur quod quidem artis ſit: niſi ordiri orationem: in quo aut concilietur auditor: aut erigatur aut paret ſe ad dicēdum. Rem breuiter exponere & pbabiliter & aperte ut quid agat̃ ītelligi poſſit ſua cōfirmare: aduerſaria euertere: eaq; efficere nō perturbate ſed ſingulis argumētationibus ita concludēdis: ut efficiat̃ quod ſit conſequēs his quæ ſumentur ad quāq; rem confirmandam: poſt omnia perorationē inflammantem reſtinguētēue cōcludere. has partis queādmodū tractet ſingulas: difficile dictu ē hoc loco: nec enim ſemp tractantur uno modo. Q uoniā aūt non quem doceam quæro: ſed quem probem. Probabo primum eū qui quid deceat uidebit. Hæc enim ſapientia maxime adhibenda eloquenti eſt: ut ſit temporum perſonarūq; moderator. Nā nec ſemper nec apud oīs: nec contra oīs nec pro omnibus: nec omnibus eodē modo dicēdum arbitror. Is erit ergo eloquens: qui ad id quodcūq; decebit poterit accōmodare orationem. Q uod quum ſtatuerit: tum ut quidq; erit dicendū: ita dicet: nec ſatura ieiune: nec grandia minute: nec item cōtra: ſed erit rebus ipſis par & æqualis oratio. Principia uerecunda non elatis intenſa uerbis: ſed acuta ſententiis: uel ad offenſionē aduerſarii: uel ad cōmendationē ſui. Narratiōes credibiles nec hiſtorico: ſed prope quottidiano ſermone explicatæ dilucide: Deinde ſi tenues cauſæ: tum etiā argumentandi tenue filum: & in dicendo & in refellendo: idq; ita tenebitur ut quanta ad rem tanta ad orationem fiat acceſſio. Q uum uero cauſa ea inciderit: ī qua uis eloquentiæ poſſit exprimi: tum ſe latius fundet orator: tū reget & flectet aīos:

Verba aut de ambiguo. inde ambiguū ſiue amphibologia ſtatus. Aut de cōtrario. iō de contrariis legibus appellatur.

Nā ſi quādo aliud in ſnīa uidetur eſſe: aliud in uerbis. iō de ſcripto: & ſnīa nominat̃. Res aūt tota ita habet: qa lex aut litē habet ppter ſeipſam: aut ppter alterā quæſtionē: aut ī ſcripto: aut in uoluntate: in ſcripto aut apertū ē: aut obſcurum: aut ambiguū: quod de legibus dicimus idē accipiendū de teſtamētis pactis: ſtipulationibus: oī deniq; ſcripto. Et argumētorū pcepta pauca. quæ cui q̄ſtioni accōmodētur in ſecūdo rhetoricorū expoſitū ē. Traditi ſūt e quibus ea ducātur duplices loci. i. ī duo genera diuiſi. Vni ex rebus ipſis. qui artificiales dicuntur. Alteri aſſumpti. i. extrinſecus ad cām adhibiti: q artis expertes dicūtur de qbus in topicis ampliſſime ipſe cicero locutus eſt. Tractatio igitur rerū. quæ ē in oratiōis cōpoſitione. Niſi ordiri orationē. i. exordiū oratiōis texere. In quo aut conciliet̃ auditor. i. captet beniuolētiā. Aut erigat̃. i. fiat attētus. Aut paret ſe ad dicēdū. i. docilē faciat. Rem breuiter exponere. poſt exordiū ſequit̃ narratio: in qua tria cuſtodienda ſunt: ut breuibus rem cōplectamur. Vt pbabiliter. i. ut credat̃ quod dicamus: & perinde fidē faciat oratio. Et aperte. i. ut dilucide.

Quicqd agat̃ poſſit ītelligi. Sua confirmare. qd poſt narrationē ſeqt̃ cōfirmatio. Ad uerſarii euerter̃: ut cū noſtra cōfirmauerimus aliena refellamus. Non pturbate. nō fidē rauſæ auferamus. Poſt oīa poratione. quā græci epilogon uocāt. Inflamātem. ſi accuſamus reſtinguentemue cōcludere. ſi defendamus. Difficile dictu hoc loco. quoniā oīa paucis cōpræhēdēda: & paucis hæc tradi nō poſſunt. Probabo primū eū q qd deceat uidebit. i. q cuſtodiet το πρεπον. Nec ſatura ieiune: nec grādia minute: nec itē rōtra. qd oīum uiciū longe peſſimū ē a græcis cacozelia appellatū. Principia. i. exordia. totius orōnis. Nec hiſtorico. ubi hiſtorici dele

ctandi lectorẽ cauſa ueneres dicẽdi oẽs cõſectari ſolent. Tenue filũ. ſtilus ſit inqt preſſus.

Quãta ad rẽ tãta ad orõnem faciat acceſſio: ut q̃lis fuerit ſnĩa talis ſit orõ. Cã ea iciderit. ſubaudi ſublimis magnifica. Tũ ſe latius fundet orator. illo amplo: & grãdi dicẽdi gener̃ utet̃: ut tamẽ oĩa: q̃ ad cãm accedũt expoſtular̃ uidebunt̃. Qui cõmunes appellati: quibus utitur orator anteq̃ cõcludat ſtati cũ ſua cõfirmarit: & aliena cõfutarit. Eo q̃ uident̃ multaꝝ iidẽ eẽ cauſaꝝ. ſubaudi i eodẽ genere: ide etiam cõmunes loci ſunt appellati: ut cõtra patricidã: cõtra ſacrilegũ: cõtra furẽ. Sed ꝓprii. ſubaudi loci: q ad unãq̃q̃ ptinẽt q̃ſtionẽ de q̃ agat̃ q̃ hypotheſeos ſunt. Quod græce crinomenon. latine iudicatio: q̃ i oĩbus ſepata iuenit̃ cõſtitutiõibus: p̃terq̃ i cõiecturali: i ea eni idẽ ẽ cõſtitutio ĩpa cõiecturalis: & rõ: & iudicatio: & firmamẽtũ: iõ ſubiungit. Niſi cũ de uero ãbigit̃: qđ q̃ri coniectura ſolet. Dicet̃ aũt nõ peripateticoꝝ more. quoniã obſcurius: ut neruoſius loquũtur pipatetici: q̃ oratores. Augendis uero rebus. accuſando. Et contra abiiciendis. cũ defendimus. & pene iſinite i perorãdo. qa tũ ãplificatiõe maxie opus ĩ cõcluſiõe. ſi mõ mouere affectus nõ enumeratiõe uti ſtudebimus.

Quod græci ethicõ uocãt. i. morale: qđ uix cicero dicere audet: ita ĩ pricipio diſputationis de fato: morata ſiqdẽ ſnĩa multũ capi humanũ genus conſueuit. Alteꝝ qđ iidẽ patheticõ. qd neoterici tũ paſſibile: tũ paſſiuũ uocãt. Quo pturbant̃ aĩ. i affectus uocati ad odiũ: ad miſericordiã: ad iuidiã: ad irã: & id genus alia. Illud ſupius ſubaudi morale. Come & iucundũ cẽ expedit. Quo cauſæ eripiũtur. quoniã audiẽdo tã uehemẽter afficiũtur: ut cõtra dicer̃: ac ſentir̃ poſſit nemo. Familiari reo. ſubaudi uerri. Nõ reſpondit hortẽſius. ipm nãq̃ defẽdebat. Catillina ĩ ſenatu accuſatus obmutuit: ut ex ipius inuectiuis apparet. Nobis priuata ĩ cã magna & graui cũ cæpiſſet curio pater. qa fuit & filius: qui

& ſic afficiet ut uolet. i. ut cauſa & natura & ratio temporis poſtulabit. Sed erit duplex omnis eius ornatus ille admirabilis: ꝓpter quẽ aſcendit in tantũ honorẽ eloquẽtia. Nam quum omnis pars orationis eẽ debet laudabilis: ſic ut uerbũ nullũ niſi aut graue aut elegans excidat: tũ ſunt maxime luminoſæ: & quaſi actuoſæ partes duæ. Quarum alterã i uniuerſi generis quæſtionẽ pono: quã (ut ſupra dixi) græci appellãt theſim. Alterã in augẽdis amplificandiſq̃ rebus: quæ ab eiſdẽ hypotheſis ẽ nominata. Quæ & ſi æqualiter toto corpore orationis fuſa eſſe debet: tamẽ i omnibus locis maxime excellet: qui cõmunes appellati: eo q̃ uidẽtur multarum iidem eſſe cauſarũ: ſed ꝓprii ſingularũ eſſe debebunt. Ac uero illa pars orationis: quæ ẽ de genere uniuerſo totas cauſas ſæpe continet. Quicquid eſt enim illud in quo quaſi certamen eſt controuerſiæ: quod græce crinomenon dicitur: id ita dici placet ut traducat̃ ad perpetuã quæſtionem: atq̃ ut de uniuerſo genere dicatur: niſi quũ de uero ambiget̃: quod quæri coniectura ſolet. dicetur autẽ nõ peripateticorum more: eſt enim illorum exercitatio elegans: iam inde ab Ariſtotele cõſtituta: ſed aliquanto neruoſius: & ita de re cõmunia dicẽtur: ut & pro reis multa leniter dicãtur: & in aduerſos aſpera. Augendis uero rebus: & contra abiiciẽdis nihil eſt quod non proficere poſſit oratio. Quod & inter media argumenta faciendũ eſt quotienſcũq̃ dabitur uel amplificãdi: uel minuendi locus: & pene infinite in porãdo. Duo ſunt quæ bene tractata ab oratore admirabilem eloquentiã faciant. Quorum alterum eſt (quod græci æthicon uocant) ad naturam & ad mores & ad omnem uitæ conſuetudinem accõmodatum. Alterũ (quod iidem patheticon nominant) quo pturbantur animi & cõcitantur: id quo uno regnat oratio. Illud ſuperius come iucũdũ: ad beniuolentiam conciliandam paratum: hoc uehemens incenſum incitatum: quo cauſæ eripiuntur: quod quum rapide fertur: ſuſtineri nullo pacto poteſt: Quo genere nos mediocres: aut multo etiã minus: ſed magno ſemp uſi ipetu: ſæpe aduerſarios de ſtatu omni deiecimus. Nobiſq̃ familiari reo ſummus orator non reſpondit Hortenſius. A nobis homo audaciſſimus Catilina in ſenatu accuſatus obmutuit. Nobis priuata in cauſa magna & graui quum cœpiſſet Curio pater reſpondere ſubito aſſedit: quum ſibi uenenis ereptam memoriam diceret. Quod ego de miſerationibus loquar? quibus eo ſum uſus pluribus: q̃ etiam ſi plures dicebamus per orationem mihi tamen omnes relinquebãt: in quo ut uideter excellere: non ingenio ſed dolore aſſequebar. Quæ qualiacunq̃ in me ſunt: me enim ipſum non pœnitet quanta ſint: ſed apparent in orationibus. Etſi carent libri ſpiritu illo: propter quẽ maiora eadem illa quum aguntur: q̃ quum leguntur uideri ſolent. Nec miſeratiõe ſolum mens iudicum permouenda eſt: qua nos ita dolenter uti ſolemus: ut puerum infantem in manibus perorantem tenuerimus: ut alia in cauſa excitato: reo nobili ſublato

cæſaris partes ſecutus ē. Subito aſſedit cũ ſibi uenenis memoriã ereptã diceret: ut ipſe cicero in bruto meminit: nã cũ de ipſo cæpiſſet loqui paulopoſt ſubiungit. memoria aũt ita fuit nulla: aliquotiẽs tria cũ propoſuiſſet: aut quartũ adderet: aut tertiũ ꝗreret: qui ĩ iudicio priuato: uel maxĩo cũ ego ꝓ titinia cottæ perorauiſſem ille contra me pro ſeruio næuio diceret ſubito tantã cãm oblitus eſt: idq; ueneficiis: & cãtionibus titiniæ factũ eſſe dicebat. Faciendũ ut iraſcatur iudex. ſubaudi aduerſario: & deniq; : ut cauſa tulerit oẽs mouẽdi ſunt affectus. Duriorꝝ. ubi duræ res occurrerunt accuſandæ. Mitiorꝝ. ubi defẽdimus.

Nec ĩ ueritare crimẽ arrogãtiæ extimeſcerẽ: quoniã qd fuiſſem aſſecutus ſi memorem nõ putauero arogãtis eſſe. Vt me ipe nõ teneã. i. ut affectũ cohibere nõ poſſim. Orationis lumina. ſchemata & tropos dicit.

Cũ aut duplicãtur figuræ: duplicationes multis modis fiũt. unde illud quĩtiliani. uerba geminãtur: uel ãplificandi gratia: ut occidi: occidi: nõ ſpuriũ meliũ. Alterũ eſt. n. quod indicat: alterũ quod affirmat. uel miſerãdi: ut ha corydon: corydon: & bona miſerꝝ me. conſumptis. n. lachrymis tamen ĩfixus aĩo hæret dolor: bona inquã gnei põpeii acerbiſſimæ uoci ſubiecta p̄conis uiuis: ſed uiuis non ad deponẽdã: ſed ad confirmãdam audaciã: & ab hiſdem uerbis plura acriter: & iſtãter incipiũt: Nihil ne te nocturnũ præſidiũ palatii: nihil urbis uigiliæ: nihil timor populi: nihil cõſenſus bonorũ oĩum: nihil hic munitiſſimus habendi ſenatus locus: nihil hoꝝ ora uultuſq; mouerunt. Et quis eos poſtulauit apius: quis ꝓduxit apius. Aut breuiter cõmutata ponũtur: ut abiit: exceſſit: euaſit: erupit. Aut ab eodẽ uerbo: ut oſtendimus.

Aut ĩ idẽ coniicit̃. i. ad id uerbũ deuoluitur: ut ultimo patuit exemplo. Aut utrũq;. cũ & ĩcipimus: & definimus. Aut adiũgit̃ idẽ iteratũ. multæ ẽt ſiunt: uariæq; repetitiões: nã primorũ uerborũ alterna repetitio: ut uigilas tu de nocte: ut tuis conſultoribus reſpondeas: ille: ut eo quo ĩtendit mature cũ exercitibus ꝑueniat. te galloꝝ: illũ bucciaꝝ cãtus exuſcitat tu actionẽ ĩſtituis: ille aciẽ ĩſtruit. Tu caues ne cõſultores: ille ne urbes: aut caſtra capiãtur. poſſũt media quoq; reſpõdere: uel primis: ut te nemus anguitiæ uitrea te fucinus unda: uel ulti

etiã filio paruo plangore & lamentatione compleremus forum. Sed etiã eſt faciendũ ut iraſcatur iudex: mitiget̃: inuideat: faueat: contẽnat: admiret̃: oderit: diligat: cupiat: ſatietate afficiat̃: ſperet: metuat: lætetur: doleat. In qua uarietate duriorũ accuſatio ſuppeditabit exẽpla mitiorũ defenſiones meæ. Nullo eni modo animus audiẽtis aut incitari: aut leniri poteſt: qui modus a me nõ tẽtatus ſit: dicerẽ perfectũ ſi ita iudicarẽ: nec in ueritate crimẽ arrogãtiæ extimeſcerẽ. Sed ut ſupra dixi nulla me ingenii ſed magna uis animi inflãmat: ut me ipſe non teneã: nec unꝗ is qui audiret incenderet̃ niſi ardẽs ad eũ perueniret oratio. Vterer exẽplis domeſticis niſi ea legiſſes. Vterer aliẽis uel latinis ſi ulla reperirem: uel græcis ſi deceret: ſed Craſſi perpauca ſunt nec ea iudiciorũ: nihil Antonii: nihil Cottæ: nihil Sulpitii: dicebat melius ꝗ ſcripſit Hortẽſius. Verũ hæc uis quã quærimus: quãta ſit ſuſpicemur: quoniã exẽplũ nõ habemus: ut ſi exẽpla ſeqmur: a Demoſthene ſumãus: & quidẽ perpetuæ dictionis ex eo loco: unde in Cteſiphõtis iudicio de ſuis factis cõſiliis: meritis in repu. aggreſſus eſt dicere. Ea ꝑfecto oratio i eã formã quæ eſt inſita in mentibus noſtris includi ſic poteſt. ut maior eloquẽtia nõ requiratur. Sed iã forma ipſa reſtat: & charactter ille qui dicit̃: ꝗ qualis debeat eſſe ex ipſis quæ ſupra dicta ſũt intelligi poteſt. Nã & ſingulorũ uerborũ & collatorꝝ lumina attigimus: quibus ſic abũdabit uerbũ ex ore nullũ niſi aut elegãs: aut graue exeat ex oĩq; gener̃ frequentiſſimæ trãſlationes erunt: quod eas propter ſimilitudinẽ transferunt animos: & referũt ac mouent huc & illuc. Qui motus cogitationis celeriter agitatus per ſe ipſe delectat: & reliqua ex collatione uerborũ: quæ ſumũtur quaſi lumina afferũt ornatũ orationi. Sunt eni ſimilia illis quæ in amplo ornatu ſcænæ aut fori appellantur inſignia: non quod ſola ornent: ſed ꝙ excellant. Eadẽ ratio eſt hoꝝ ꝗ ſunt orationis lumina: & quodãmodo inſignia: quũ aut duplicantur iteranturq; uerba: aut breuiter cõmutata ponũtur: aut ab eodem uerbo ducitur ſæpius oratio: aut ĩ idẽ coniicitur: aut utrũq;: aut adiungitur idẽ iteratũ: aut idem ad extremũ refertur: aut continenter unũ uerbũ non in eadem ſententia ponitur: aut quũ ſimiliter: uel cadunt uerba uel deſinunt: aut multis modis contrariis relata cõtraria: aut quũ gradatim ſurſum uerſus reddit̃: aut quũ demptis cõiunctionibus diſſolute plura dicũtur: aut quũ aliquid prætereuntes cur id faciamus oſtẽdimus: aut quũ corrigimus noſmetipſos quaſi reprehendẽtes: aut ſi ẽ aliqua explanatio: uel admirationis: uel quæſtionis: aut cum eiuſdẽ nominis caſus ſæpius cõmutãtur: ſed ſententiaꝝ ornamẽta maiora ſunt. Quibus quia frequentiſſime Demoſthenes utitur: ſunt qui putant iccirco eius eloquentiam maxime eſſe laudabilẽ. Et uere nullus locus fere ab

mis:ut hæc nauis honuſta præda ſiciliéſi.cũ & ipſa quoq; eſſet ex præda:reſpõdent & primis ultima.Multi:&
graues dolores inuẽti parẽtibus : & propinquis multi.eſt & illud repetẽdi genus quod ſemel propoſita iterat:
& diuidit: ut iphitus: & pelias mecũ : quorũ iphitus æuo iá grauior : pelias : & uulnere tardus ulyſſi: epano/
dos græce dicit᷑.noſtri regreſſioné uocant:ut Forte ſub arguta conſederat ilice daphnis: Compulerátq; greges
corydon:& daphnis in unũ Daphnis oues corydon diſtíctas lacte capellas:& generibus fit iteratio : magnus ẽ
labor dicẽdi:magna ẽ res.Aut cũ ſimiliter uel cadunt uerba ĩ ſimiles deſinũt caſus : quæ figura homœoptotos
nominat᷑:ut inueſtigata:cõperta:pateſacta:ſublata: detecta:extincta:uel deſinunt ut abiit: exceſſit:eualit: eru/
pit. aut multis modis cõtrariis
relata cõtraria antitheton dici/
tur : latine ab aliis contrapoſitũ:
ab aliis cõtentio nõ fit uno mo/
do: nam & fit ſi ſingula ſingulis
opponũtur:ut uicit pudoré libi/
do: timoré audacia: ut bina bi/
nis nõ noſtri ingenii eſt : ueſtri
auxilii eſt : & ſentẽtiæ ſentẽtiis
determinẽtur: in cõtionibus ia
ceat:in iudiciis ſubiungitur cõ/
modiſſime ea ſpecies: quá diſiũ
ctionem dicimus:odit porrho
priuatá luxuriam: publicá ma/
gnificentiam diligit: & ſunt ſi/
mili caſu: diſſimili ſententia in
ultimo locati: ut quod in tem/
pore male fuit nihil obſit quin
quid in cauſa boni fuit proſit.
Aut cũ gradatim ſurſũ uerſus
reditur.hæc climax a græcis no
minat᷑ : hæc prioré habet arté:
& magis affectatá:ideoq; rarior
eſſe debet.fit ut africano uirtu/
tem ĩduſtria:uirtus gloriá:glo/
ria æmulos cõpauit:& calui il/
lđ nõ ergo magis pecuniaꝝ re/
rũ petundaꝝ : q̃ maieſtatis nec
maieſtatis magis q̃ pláciæ legis
nec pláciæ legis magis q̃ ãbitus:
neq; magis ãbitus q̃ſi oium le/
gũ ĩdicia pierũt. Aut cũ déptis
cõiũctiõibus: quæ figura aſyn
detos dicit᷑:ut inueſtigata:com
perta:pateſacta:ſublata: deleta:
extincta. Aut cũ aliquid ꝑtereũ
tes cur id faciamus oſtẽdimus:
ut ipſe quod uero nuꝑ cũ mor
te ſupiores uxoris nouis nupti
ĩs domũ uacuá feciſſes:nõ ne ẽt
alio ſcelere ĩcredibili hoc ſcelus
cumulaſti? qđ ego ꝑtermitto.& facile patior ſileri ne ĩ hac ciuitate tãti facinoris ĩmanitas: aut extitiſſe: aut nõ
ĩuidicata eẽ uideat᷑. Aut cũ corrigimus noſmetipſos q̃ſi rephẽdẽtes:ut ĩpe una ſedẽt ex accuſatoꝝ ſubſeliis ſur
gũt:nõ diſſimulãt:nõ uerẽtur:de ſubſeliis q̃ror una ex domo ꝓdeũt. aut ſi ẽ aliq̃ explanatio:uel admirationis:
uel q̃ſtionis:quoꝝ exẽpla frequẽtiora ſunt:ac manifeſtiora:q̃ ut ſit aliqd ꝓferre. ſimiliter cũ idẽ nomẽ per ca/
ſus uariat᷑.ſæpe ẽt ut extenuet aliqd hoc figur᷑ genus:& q̃ ſequũtur põt apud ciceroné q̃ſq; ſibi ĩuenir᷑: ſũt ſiqdẽ
eius refertæ his figuris orõnes.ut hoĩum ſermones: moreſq; deſcribit:q̃ æthopœia ẽ.ut muta q̃dã eloquẽtia ĩ/
ducat:ut ĩ catillina patria loquẽs ĩducit᷑:q̃ idolopœia.ãbæ ãt ꝓſopopœie ſpẽs. Oratoré coerceat.ſubaudi a duer
ſanté cãæ ſuæ. Sæpe ẽt ré dicẽdo ſubiiciet oculis:ut marci cæli ĩ ãtoniũ.illud náq; ipm offẽderũt temulẽto ſo
pore ꝓfligatũ:totis ꝑcordiis ſtertẽté ructuoſos ſpũs gemiare ꝑclaraſq; cõtubernales ab oĩbus ſpõdis tráſuerſas
ĩcubare:& reliq̃s circuniacere paſſim:q̃ tamẽ exanimatæ terror᷑ hoſtiũ aduẽtu ꝑcepto:excitar᷑ ãtoniũ conabant᷑
noĩé ĩclamabãt:fruſtra ceruicibus tollebãt.blãdius alia ad auré ĩuocabat:uehæmẽtius ẽt nõ nulla feriebat:q̃ꝝ
oĩum cũ uoce tactuq; oſcitatet:ꝓxime cuiuſq; collũ ãplexu pẽtebat:neq; dormir᷑ excitatus:neq; euigilar᷑ ebrius
poterat:ſed ſemiſõno ſopore iter manus cẽturionũ cõcubinarũq; iactabat᷑. Sæpe ſupra feret.i. utet᷑ hypbole:
ut cũ cicero charybdim:& ſcyllá marcũ antoniũ uocat. Significatio ſæpe erit maior: q̃ orõ.hæc ẽphaſis dicit᷑.
Quin ſiluá uideas.i.totius facultatis oratoriæ materiá.ná ſicut corporatoꝝ reꝝ oĩum ĩformis illa materia ſil

eo ſine quadam conformatione ſententiæ edicitur:nec quicq; eſt
aliud dicere niſi aut oés aut certe plæraſq; aliqua ſpecie illumina
re ſententias:quas quum tu optime Brute teneas: quid attinet no
minibus uti: aut exemplis tantum notetur locus. Sic igitur dicit
ille quem expetimus: ut uerſet ſæpe multis modis eadem: ut uná
in ré hæreat:& in eandem cõmoretur ſententiá. Sæpe etiá ut exte
nuet aliquid:ſæpe ut irrideat: ut declinet a ꝓpoſito:deflectatq; ſé
tentiá:ut ꝓponat quid dicturus ſit:ut quum tranſegerit aliqd de/
finiat:ut ſe ipſe reuocet:ut quod dixit iteret:ut argumentũ ratione
concludat:ut interrogando urgeat:ut rurſus quaſi ad interrogata
reſpondeat ſibi ipſe:ut contra ac dicat accipi et ſentire uelit : ut ad/
dubitet:quid potius:aut quomodo dicat:ut diuidat ĩ partes:ut ali
quid relinquat:ac negligat:ut ante præmuniat:ut in eo ipſo ĩ quo
reprehendatur : culpá in aduerſarium conferat : ut ſæpe cum his
qui audiunt:nõnunquá etiam cum aduerſario quaſi deliberet: ut
hominum ſermones: moreſq; deſcribat:ut muta quædam eloqué
tia inducat:ut ab eo quod agitur auertat animos:ut ſæpe in hilari
tatem riſũue cõuertat ut ante occupet quod uideat opponi:ut cõ/
paret ſimilitudines: utatur exẽplis:ut aliud alii tribuẽs diſptiat ut
ĩterpellet oratoré coerceat:ut aliquid reticere ſe dicat & denũciet:
quid caueat:ut iraſcatur etiá:ut obiurget aliquãdo:ut deprecet᷑ ut
ſupplicet:ut medeatur: ut a propoſito declinet aliquantulum: ut
optet:ut execretur:ut fiat iis apud quos dicet familiaris:atq; ĩ alias
etiam dicendi quaſi uirtutes ſequatur breuitatem ſi res petet. Sæ/
pe etiá rem dicẽdo ſubiiciet oculis: ſæpe ſupra feret quá fieri poſ
ſit ſignificatio: ſæpe erit maior q̃ oratio: ſæpe hylaritas: ſæpe uitæ
naturarũq; imitatio. Hoc in genere: ná quaſi ſiluam uideas: omnis
eluceat oportet eloquentiæ magnitudo: ſed hæc niſi collocata: &
quaſi ſtructa & nexa uerbis: ad eam laudé quá uolumus aſpirare

QVoniam de fato tota fere noſtra futura eſt oratio.primo quid ſit fatū:& unde fati cauſa ꝓueniat:nomenq́ꝫ deſcendat:ſecūdo loco quomodo fatū a fortuna & caſu diſtinguatur:poſtremo Ciceronis uerba conabimur interꝑtari.fatū igiť Cicero ip̄e in libro de diuinatione ita diffinit.fatū aūt id appello quod græci ειμαρμενην .i.ordinē ſeriemq́ꝫ cauſaꝝ:Cum cauſa cauſæ annexa rē ex ſe gignit.ea eſt ex omni æternitate fluēs ueritas ſempiterna.Idē ferme chryſippus in libro de ꝓuidētia ait φυξικην τιν συνταξιν τολων εξαιδιον τον ετερων τοισ ετεροισ επακολουθουν των μετα πολυμεν ουν απαραβατον ουσησ τησ τοιαυτησ συμπλοκησ. quod eſt æternā quandā a natura proficiſcentē reꝝ ſeriem:& quaſi cathenā aliaꝝ cū aliis cauſaꝝ ſe per eiuſdē obſequelæ æternos ordines ui neceſſitatis amplexātē. fati uero cauſas ex ſydeꝝ motu naſci oēs prope uoluerūt qui tres fati ſorores cōfinxerūt:ac ut cæteros miſſos faciā Platonis & Ariſtotelis teſtimonio cōtētus ero Plato.n.in ultimo de republica libro inquit αλλασ δε καθημενασ περιξ δι ισον τρισ εν θρονω εκαστην θυγατερασ τησ αναγκησ μοιρασ λευχειμονουσασ στεμματα επι των κεφαλων εχουσασ λαχεσιν τε και κλωθω και ατροπον υμνειν προσ την των σειρηνων αρμονιαν λαχεσιν μεν τα γεγονοτα κλωθω δε τα οντα ατροπον δε τα μελλοντα και την μεν κλωθω τη δεξια χειρι εφαπτομενην συνεπιστρεφειν του ατρακτου την εξω περιφοραν διαλειπουσαν χρονον την δε ατροπον τη αριστερα τασ εντοσ αυ ωσαυτωσ την δε λαχεσιν εν μερει εκατερασ εκατερα τη χειρι εφαπτεσθαι. quod latine ſignificat tres uero.In circū æque īter ſe diſtantes in excelſa ſede oēs licet cōſiderare neceſitatis filias cādicātes parcas:q̄bus ſunt in capitibus coronæ:Lacheſin:& clotho:& atropon:quæ ad ſirenū cōcinā harmonian:Lacheſin q̄dē præterita:clotho aūt præſentia: atropon uero futura.& clotho q̄dē dextra manu inuertēdo fuſo ambitū extrīſecus attigentē tp̄s a ſe dimittentē.atropon uero læua.idētidē porro quæ intus:at lacheſin in utriuſq́ꝫ partem utrāq́ꝫ manū porrigere.Ariſtoteles uero in libro qui de mūdo īſcribiť.Reor aūt īquit & neceſſitatē nihil aliud dici niſi hoc quaſi īſuperabilē eſſentiā.Imarmenē uero eo ꝙ copulet & diſiungat facile.pepromenem uero eo quod terminata ſunt oīa & nihil ſit in eis quæ ſunt īfinitū.& moerā quidē a diuidēdo.iemeſan aūt a diſtributiōe uniuſcuiuſq́ꝫ facta.athrauſtian uero ineuitabilē cauſam quæ iuxta naturā eſt æſan prro quæ ſit ſemper.quæ de faris & fuſo ferūtur ad hæc ſpectāt quodāmodo.nā tria fata ſecundū tēpora diſtīcta ſunt.filū aūt fuſi illud reſpicit.q̄d hoc quidē factū præteritū oſtēdit:illud uero futuꝝ.aliud porro quod torquet præſens.illud plane ī fato ſtatutū eſt quod atropos dictū.i.imutabile quod oīa quæ facta murari nō poſſint.In uturo lacheſis quod in oībus reſtet qui ſecundū naturā eſt finis:In præſenti uero clotho perficiēs & torquēs unicuiq́ꝫ propria.ſunt autē hæc oīa nihil aliud niſi deus:quēadmodū & acer ait Plato.deus itaq́ꝫ ſicut antiquus ſemo teſtať initiū:& mediū atq́ꝫ finē oīum quæ ſunt habēs ꝑficit per naturā ꝓcedēs.hūc uero ſemp comitať ultro:ſiue iuſtitia punitio:ſiue cruciatus.quē locū trāſferēs etiā apuleius īquit.Fatū quod græci imarmenē uocāt tractu quodā inuicē cauſaꝝ ſe cōtinēriū uolūt dici decretū:iidē pepromenen dicūt:quod oīa in hoc ſtatu reꝝ definita ſint:nec ſit in hoc mūdo aliquid īterminatū iidē fatū moeran uocāt quod ex partibus cōſtet.hinc nemeſen q̄d unicuiq́ꝫ attributio ſit aſcripta:ac pacti eadē reꝝ ineffugibilis neceſſitas ultionis:ſed tria fara ſunt.numerus quoq́ꝫ cū rōne tp̄is facit ſi poteſtatē eoꝝ ad eiuſdē ſimilitudinē tp̄is referas.nā quod ī fuſo ꝑfectū eſt:præteriti tēporis habet ſpēm:& quod torqueť ī digitis:momēti præſentis īdicat ſpacia:& quod nōdū colo tractū eſt ſubactūq́ꝫ cura digitoꝝ id futuri:& cōſequētis ſæculi poſteriora uideť oſtēdere.deū uero ire per oēs terras nō ſrutra arbitrabiť qui audiet Platonis hæc uerba:deus nāq́ꝫ īquit ſicut & uera cōtinet ratio prīcipia fines & media reꝝ oīum penetrat:atq́ꝫ illuſtrando curſu uolucri ſuperferť:eundē deū ultrix neceſſitas ſemp & ubiq́ꝫ comitať eoꝝ qui a ſacra lege diſceſſerīt:uidex futura quā ille facit multificā:qui ſtatim a tenero & ip̄is īcunabulis ītellexit.& timuit eiq́ꝫ ſe totū dedit atq́ꝫ ꝑmiſit.quidā uero putāt ipſos ſideꝝ curſus mortalibus corporibus animiſq́ꝫ noſtris īeuitabilē quādā īuehere reꝝ futuraꝝ neceſſitatē:exēpli cauſa cum mars centꝝ tenēs in domo ſua ex tetragone reſpexit ſaturnū cum Mercurio ad centꝝ:luna ſup eū ueniēte plena in geneſi diurna:nō ſignificare modo æde gaudentes:ebrioſos: Libidinoſos:& ſacrilegos ſed etiā efficere:alii uero futura dūtaxat portēdi euēta nō etiā effici.Cui opinioni accedit albumaſan.ſunt porro qui hunc cauſaꝝ ordinē:& nexū dei ſummi deputēt uoluntati:aſtra uero nihil efficere:& ne quidē oſtendere quod deus recte credatur cuncta ſcire anteq̄ fiant:itaq́ꝫ putant illi præſcitū dei īeuitabile:& ob hoc futura omnia fati neceſſitate aſtringi:ut eueniant aut nō eueniant:unde illud apud Senecā.Dux ſumme pater:altiq́ꝫ dominator poli.Quodcunq́ꝫ placuit nulla parendi mora eſt adſum īpiger:fac nolle comitabor gemēs maluſq́ꝫ patiar:quod licuit bono ducunt nolentē fata nolentē trahūt & illi quoq́ꝫ uerſus homerici quos Cicero latinos fecit.Tales ſunt hominū mētes quali pater ip̄e:Iupiter auctiferas luſtrauit lumine terras.ſed lōge ſaniore ſententia alii ita fati cauſas diſtinxere ut dixerint uniuerſa dei optimi maximi gubernare prouidentiā:ip̄mq́ꝫ ita naturā ꝓcreaſſe ut quæcunq́ꝫ intereant oriātur.animā uero ita genuiſſe ut naturā arte imitaretur:itaq́ꝫ quæ fierent omnia aut diuina ſola fieri ꝓuidentia:aut a natura gigni:aut humana arte atq́ꝫ diſciplina cōfici ꝓbabiliter oſtēderūt.ſicut igiť corpora deus oīa naturæ ſubiecit:& ꝓ ip̄ius arbitrio morbis debilitari frangiq́ꝫ cōceſſit:utpote quæ a tam uariæ & multiplicis qualitatis natura genita:non potuere niſi illam ducē in cunctis ſequi.ita animas quod imortales eas conſtituiſſet:liberæ omnes eſſe uoluit uoluntatis:quo dei optimi maximi maiorē in dies bonæ ſibi gratiam cōciliarent:& ob iugē ac perpetuam animi puritatē ampliora gratiæ inuenirent præmia. cōtra malæ maiore in dies caligine.et ut ſic loquar ſitu obductæ grauiore pœna afflictarenť:hoc eſt quod

etiam angelis liberam utrolibet ſe flectendi dedit uoluntatem & peccandi ſi libeat:unde Hieronymus ad dama
ſum pōtificem:nulli inquit periculoſum:nulli uideat̃ blaſphemū quod & in apoſtolos inuidiæ malū diximus
potuiſſe ſubrepere.Cum etiam de angelis hoc putemus:ſidera quippe nō ſunt munda in cōſpectu eius & cōtra
angelos ſuos.peruerſum quid ītellexit.nō iuſtificabitur in cōſpectu tuo omnis uiuens.nō iuſtificabitur omnis
homo ſed omnis uiuens.i.nō euangeliſta:nō apoſtolus:nō ꝓpheta:ad maiora cōſcendo:nō troni:nō domina/
tiōes:Cæteræq; uirtutes.ſolus enim deus eſt in quo peccatū nō cadit.Cæteri cum ſint liberi arbitrii iuxta quod
& homo:qui ad imaginē & ſimilitudinē dei ſactus eſt:in utranq; partē poſſunt ſuam flectere uoluntatē.mani/
feſtum igitur eſt cur liberæ uoluntatis animæ uideri debeant:ſed ſcrutemur nunquid ulla fati neceſſitate adigi
poſſint ut fati cauſa magis eluceſcat.Cum itaq; aīam ītelligentia ſapientē:& ratione prudentem:ut Plato ſcribit
deus genuiſſet:fati legē eidem dictitante cōſcientia porro docuit.fati aūt lex fuit huiuſmodi:ut deus edixerit ſi
hoc egeris:ium meo iuſſu neceſſario ſequet̃ illud.diuina itaq; ꝓuidentia edicit cuius edicti utrā potius partem
ſequamur noſtræ eſt optionis ſed cum alterā admiſerimus quid īde ſequatur in nobis nō erit:ſed in fati neceſſi
tate cōtinebit̃ uelut cum thetis:nec enim refert ſi explicādæ rei cauſa fabuloſa ponamus exēpla filio achilli præ
dixit ſi ad Troiam pugnaturus ꝓficiſceretur fore ut immatura morte raperetur:ſed multa īclytū gloria nomē
habituꝝ:ſin aūt domi ſe cōtineret:lōgæ ſpatia uitæ portendi.Veꝝ ſine ullo nomine ipſum uictuꝝ:quod cum
utꝝ deligeret efficere eius fuiſſet optionis:& maluerit ad Troianū bellum ꝓficiſci:neceſſaria uis eſt ſecuta ut iu/
uenis interiret:eadē ratio eſt de adam eiecto & mortali effecto.duplex itaq; fatum dici oeteꝝ teſtimonio liquet:
& quod ex naturæ uiribus deſcendit in corpora:& quod ex diuina lege ſancitum nobis ipſi contrahimus.Quid
aūt fatum ſit & unde fati cauſa deſcendat ſatis ut opinor dictum:nūc ſequitur ueluti ꝓpoſuimus ut fati nomē
exponamus:a græcis itaq; aliquando ειμαρμενη dicitur ut porphyrius exiſtimat παρα το μοιρα quod eſt ſor/
tior:quoniam ſorte quadā fata euenire dicuntur.aliquando πεπρωμενη οτι παντας εις περας αγοι.quod oēs
ad finē ſuum fata perducant:nec ſit quicq̄ infinitum.aliquādo μοιρα α μειρω.i.partior quod ſua ununquēq;
fata comitentur.modo nominatur κηρ απο του κηρου.i.cæra quod cauſæ cauſis colliqueſcāt ut cæra.modo νε
μεσις απο του νεμειν.i.a diſtributione quā cuius fata ſecundū merita exhibere dicuntur uelut iterpretatur Ari
ſtoteles & Orpheus de nemeſe locutus inquit ην πάντες δεδιασι βροτοι ζυγον αυχενι θεντες ψην γαρ αει
γνωμη παντων τελει ουδε σελη θει ψυχη υπερφρονεουσα λογυ αδιακριτω ορμην παντες αρας και παν
τεπακουοις και παν τα βραβευεις εν σοι δεισι δικαι θνη των παντυπερτατε δαιμον μō αθραυσια:qd̄ natu
ra ſuapte fatū ſit ieuitabile.ab a priuatoria particula & θραυω frāgo.nōnūq̄ αισα noiat̃ ita dictū:ut Ariſtoteles
putat:q̄ſi αεισα quod fatoꝝ cauſæ ſemper fuerint.porphyrius uero αισαν quaſi διαισαν dici putat α διαιω.i.
ſeco quod in ununquēq; ſuum partitum ſit fatum.eſt etiam uideri ubi ſub triū ſoroꝝ nomine appellet̃ quaꝝ
una λαχεσις eſt dicta α λαγχανω.i.ſortior quod quæ futura ſunt ſingulos ſua ſortiantur & finem cōſequan
tur altera κλωθω α κλωθω.i.torqueo quod fatum unicuiuis filum ſuum ſubigat.tertia ατροπος quod quæ iam
præteriere:aut quoꝝ futuroꝝ nos bonoꝝ uel maloꝝ ſundamenta iecerimus auerti nō poſſint quo minus præ
miū aut pœnā iueniant:niſi miſericordia noſtraꝝ deprecationum moueatur deus.ab a particula priuatoria &
τρεπω uerto:ſolet enam αναγκη.ideſt neceſſitas nonnunq̄ appellari quod neceſſariis antecedentibus cauſis:neceſ
ſarius ſequatur effectus:a latinis etiam parca dicitur per contrariam appellationem quod nemini parcat.i.quod
omnes ſato ſubiecti ſimus:denique fatum creditur nominatum:quod ita ſit ineuitabile ut quod iam diximus:
quod quidem quin ſit dictum fieri nullo modo poteſt aliis ſatum placet dictum quaſi ab aſtris ſignificantibus
quæ ſutura ſint:aliis uidetur quod diuina prouidentia præſcitum apud ſummum deum iam pro dicto ſit:ut
ita ſore neceſſe ſit:ſed de fati nomine ſatis multa.ſequitur ut ipſum a fortuna & caſu diſtinguamus.Quæcun/
que igitur uel rebus uita carentibus:uel ſine ratione uiuentibus aīalibus accidūt non a natura:uel arte profecta
caſu omnia fieri dicuntur:quæ uero hominibus accidunt uel fauentia negociis eorum uel aduerſantia fortuita
& fortunæ deputantur arbitrio.Cauſarum tamen huiuſmodi aliæ ſunt principales:aliæ ſuccedentes.principa/
lis eſt ut itineris faciendi:uel negocium gerendi:aut ruris inuiſendi:uel id genus aliud faciendi.ſuccedens ut cū
iter ingreſſos ſol aduſſerit ſequitur uultus nigricia.principalem ergo cauſam in fato eſſe putamus:ſuccedētem
uero & quaſi ſecundariam in fortuna & caſu.itaque & fortuna quidem ita diffinitur.fortuna eſt concurſus ſi/
mul cadentium cauſarum originem ex propoſito trahentium:ex quo cōcurſu eueniat aliquid præter ſpem cū
admiratione.Caſus uero hoc pacto.Caſus eſt concurſus ſimulatque una accidentium ſine ratione cauſarum in
uita carentibus uel mutis animalibus:uelut cum ſtabulis egreſſa armenta ſponte redeunt:uel cum ſaxum ultro
prolapſum eſſe dicimus.ſane docet Ariſtoteles fortunam neque natura:neque diuina prouidentia ortam:aut
humana arte:uel diſciplina:non natura:quod cuiuſcunque natura in cauſa fuerit id non aliud fere ſemper oria/
tur:fortuna uero ſit incerta:temeraria:& nulla cauſarum ratione proueniat:a diuina multo minus prouiden/
tia inquit quod indignis bona & mala plærunq; diſtribuat.deum autem nullam malorum habere curam credi
par eſſe.non deniq; ipam arte:uel diſciplina poſſe comparari:quod quæcunq; fortuita dicuntur præter ſpem &
propoſitum noſtrum eueniāt.ideo quidam fortunam dæmonum ludum eſſe diffinierunt:qui indigniſſimi ali
quando res ſecundas obiiciunt: ut eos agant præcipites.nam ut prudentiſſime īquit demoſthenes res nimium
ſecundæ ſtultis & indignis nequiter ſentiendi atq; adeo faciendi occaſionem præbent ut ꝓpemodum illecebris
nos fallere dæmones ita uideantur ut fortunatiores reddant quos ſentiant ſtultiores hinc licet credere dixiſſe
Ariſtotelem διο και ου πλειστος νους και λογος εν ταις θα ελαχιστη τυχην ου δε πλειστην τυχην εν τω
θα ελαχιστος νους ideſt quamobrem & ubi plurima eſt intelligentia:ac ratio illic minimam eſſe fortunam
conſtat:ubi uero fortuna plurima ſit minimam ibidem eſſe intelligentiam:ſed de caſu & fortuna hactenus di/
ctum.Nūc quod reliquum eſt Ciceronis uerba interprætemur:qui ita quātum ad nos peruenerit exorſus eſt.

Quia pertinet ad mores quos ΗΘΗ græci uocant nos eam partem philoſophiæ de moribus appellare ſolemus.

Quia pertinet ad mores & quæ ſequūtur. Senſus eſt. uis & ratio indicatiuaꝝ orationum a nobis explicabiť quia pertinet ad mores. demōſtrandū igiť arbitror quo pacto id ad mores pertineat: quod facere nō poſſumus niſi prius liberā noſtrā eſſe uoluntatē intellexerimus: quod faciemus: ſi prius tamē oſtēderimus quibus in rebus uis: ac neceſſitas eſſe dicať. uis igiť ac neceſſitas oīs in rebus aīatis & īanimatis inueniť: quod cum ſuus ſit ſingulis locus a natura tributus: ut igni qdē ſurſum terræ uero deorſum. ui autē agi dicunť cum lapis qdē ſurſum: ignis uero deorſum ferť. in rebus porro aīatis ut cum currentē equū auertimus ac retinemus: ut uim ita definire cōueniat. quandocunqꝫ extrinſecus cauſa aliqua eueniat. uel præter naturā uel præter uoluntatē eius in quē deſcē derit agēdi quicq̄ tum demū uis fieri diciť. at cū cauſa quod aliquid fiat ītrinſecus & agētis uolūtate erūpit tū nulla eſt uis. ꝓinde ſi quando deliquerit īcōtinēs nō ſe excuſat quod īquiat a cupiditate ſe coactū cōmiſiſſe: quia ſuæ ipſe cupiditatis: ueluti paulo poſt oſtendeť: fuit cauſa. idē quoqꝫ de neceſſitate ītelligendū eſt. oīs. n. coactio extrīſecus uenit. neqꝫ uoluptatis neceſſitate coactū ſe uirginē uiolaſſe quiſq̄ dixerit. manifeſtū eſt itaqꝫ nec uim nec neceſſitatē in nobis ullā eſſe: ſed utrāqꝫ extrīſecus in nos ꝓruere: ueꝝ ut oſtēdamus peccata nec ui nec neceſſitate ulla a nobis cōmitti: ſed ſpōte ac uolētibus nobis: quidnam ſit uoluntariū demōſtremus: quandoquidē id ad uirtutē capeſſendā eſt: ut īquit Ariſtoteles: potētiſſimum: itaqꝫ ut paucis abſoluā: illud ꝓprie uoluntariū diciť: quod agimus minime coacti: ueꝝ tamen de ipſo planius adhuc differendū eſt. Vt quiduis agamus aliquo nimiꝝ adducimur appetitu. appetitus aūt tria ſunt genera: cupido: ira: uolūtas: primū igiť īueſtigemus eam actionem quæ de cupiditate manat: nūquid ſit uolūtaria an nō: quæcūqꝫ nō ſpōte: facimus coacti: at qui quæcūqꝫ neceſſitudo & coactio facere īpulerit ſeqtur mœſtitiā: & cupide aliqd agētes comitať uoluptas. nō ergo quos cupido egit eos coegit: quādoquidē ad uoluptatem nulla nos agit neceſſitudo: quia tū ſequeretur mœror qui uoluptatis contrarius eſt. ſpōtanea igiť eſt cupiditas. eadē quoqꝫ ratio de ira adduci poteſt ſi quidē inimicum ulti ira cōciti: in eo adhuc furore bacchātes de ultione uoluptatem capimus. Itidē de alio quē tertiū fecimus appetitu hoc eſt uolūtate dicendū eſt.: ad ea ſi quidē īcontinēs īpellitur: quæ uult: ut aſſequať quā cōcupiſcit uoluptatē: ergo ſpōte uult: ſed quoniā plæraqꝫ ſunt argumēta quæ a multis ad libeꝝ uolūtatis īminuendū afferūtur arbitriū ea in unū colligētes ꝓponemus: poſtea confutabimus. Itaqꝫ Socrates: ueluti Ariſtoteles ſcribit: nō eē noſtræ poteſtatis aiebat ꝙ boni maliue euaderemus: quoniā ſi quis interroget quenq̄ iuſtuſne an iniuſtus eſſe malit: nemo futurus ſit qui iuſticiā iniuſticiæ nō anteponat: & ad cōfirmandū argumentū adducebat ut diceret: ꝓpter quid cum ægrotamus: aūt pallore uel macie confecti ſumus: id nemo dat nobis uitio: ideoqꝫ ne īcontinentiā quidē ullā eſſe: quod mala: ſciēs ea mala eſſe nemo faciat. Incōtinēs uero mala quidē cognouit: ſed tamē ad īcontinentiā ꝓlabiť. Alii ut libeꝝ ipi quoqꝫ uolūtatis noſtræ perimāt arbitriū aiūt cum deus cūcta ante reꝝ prīcipia norit: nec cæleſtia modo quæ perpetua beatitudine quodā fato cōnexa ſunt: ſed noſtras etiā cogitationes: & uolūtates: & oīa deniqꝫ ꝑterita præſentia & futura: nā apud ipm nullū unq̄ fuit tēpus: ut nullo modo falli poſſit deus: cūcta ab eodē īſtituta: digeſta & obnixiſſime decreta eſſe uideņť: tam quæ ī noſtra poſita poteſtate eſſe dicunť: q̄ quæ caſu & fortuna euenire cōtendamus. leges quoqꝫ & exhortationes: & obiurgationes & diſciplinas & id genus alia huiuſmodi eſſe: ut fatalibus nexibus alligentur: unde fit ut quicquid eueniat illud fati neceſſitate eueniſſe uideať: quēadmodū ſi cui iter nauigandū ſit euētura fœlicitas. nō poſſit euenire ab alio quoq̄ q̄ illo qui nauim gubernarit: uel ſi cui euētuꝝ ſit ciuitati: ut bonis utať inſtitutis: uelut ſolonis legibus atheniēſes: lycurgi lacedæmones: minois cretēſes: & ſi cui futuꝝ ſit ut euadat iuſtus parentum educatione: uelut ariſtides id omne & quicquid eſt ſimile fato euenire: prætetea artes quicquid efficiāt fati lege cōficere: ſicut qd ab īperito aliqs æger medico ſalutē īuenerit. alius a perito curatus necatus ſit. eandē quoqꝫ rationē eſſe putāt: laudū: uituperationū aīaduerſionū: præmioꝝ. fieri enim frequēter ut aduerſante fato quæ recte geſta ſunt nō modo laudē nullā: ſed e diuerſo reꝑhenſionē ſuppliciaqꝫ afferāt: ac poſtremo diuinationē aiūt. aperte demōſtrare: reꝝ euentus iam pridē eſſe decretos: nec enim niſi decretū ꝑcedat quæ futura ſunt præſagire quenq̄ potuiſſe: itaqꝫ animoꝝ noſtroꝝ motus nihil aliud eſſe q̄ decretoꝝ fataliū miniſteria: quoniā īpellente fato a nobis quod futuꝝ ſit agi neceſſe ſit: itaqꝫ in hominis uita concludi quæ præſaga mens nouerit: nec abſqꝫ ea agi quicq̄ poſſe: ueluti ſine loco: motus aut ſtatus eſſe nō poſſūt: ita ſine humana uita fatū eſſe nō poſſe. Hoc pacto igiť libeꝝ nobis auferētes uolūtatis arbitriū: uirtutē & bonos mores extīxerūt. aduerſum quos tam pugnaciter de ipo fato diſputātes argumenta opponamus. ꝙ Socrates igiť dixerit neminem ſi percūcteťur an ſe malū: q̄ bonū malit eē reſpōſuꝝ ſe malū: ideo neceſſitate cōpelli ut malus ſit id plane falſum cōplexū eſt. quorſum. n. tot leges nobis cōditæ: quæ aut bonis præmia tribuerēt: aut malis pœnas īfligerēt. quorſum aut laus benefaciētibus digna: aut ultio deliquētibus. quorſum cōſilia faciēdis rebus adhibebunť? ſi nec mala declinare: aut bona aſſeq illis nō poſſumus: uelut ſi ita cōſilieť Scipio. ſi exercitū in aphricā adduxero Hānibalis cladē ab Italia amouebo: ſin aūt minus ex Italia bellū eiici non poterit: q̄re ne homo qdē ullus ab altero diſtabit cū honoratiſſimos ac oīum digniſſimos illos demū arbitremur: q cōſilio: & prudētia cæteros antecellāt: quod ſi cuncta neceſſitate adducēte fruſtra cōſiliū eſt: neminē ꝓbare: laudareqꝫ cōueniet: aut īceſſere atqꝫ uituperare: qd exhortationes: admonitiones: īſtitutiones educationes: præceptiones: oīa in caſſum erūt: quæ cuncta ſunt huiuſmodi: ut tam eos audiamus cōticeſcēdos q̄ ex diuina ꝓuidētia nobis libeꝝ eximūt uolūtatis arbitriū: q̄ Socratē q ait neminē mala cōmiſſuꝝ potiuſq̄ bona factuꝝ: ſi utꝝqꝫ faciēdi in ſua habeat poteſtate: ideoqꝫ neminē īcrepari oportere īcontinentē ſicut ne qdē ægrotantē & morbo cōfectū: quod minime ueꝝ eſt quando qdē & tales carpimus cum ipſi

ſui morbi in cauſa ſunt:ſed quoniam de libera uolũtate noſtra diſputatio eſt ſcrutemus paululum quidnam id ſit quod libeꝝ uocamus arbitriũ:ut cætera ſint idẽ nobis apertiora.Libeꝝ certe uolũtatis arbitrium nõ id dicimus ut quod qſq; cupiuerit faciat:ſed quod iudicio & æſtimatione compræhẽderit.alioqui bruta quoq; aĩalia liberam dici poterunt habere uoluntatẽ:uidemus enim ea ſpõte & natura docente quædam ſubterfugere:quibuſdam inhærere:ſi igit̃ uelle hoc uel illud:aut nolle liberi arbitrii nomine uocet̃:nemo dubitauerit qn cæteroꝝ ita ſit aĩaliũ ſicut hoĩs liberam habere uoluntatẽ:atqui libeꝝ arbitrium dicit̃ libeꝝ nobis de uoluntate cum aliqua actione iudiciũ:quotiens enim imaginationes de re aliqua mentem ſubeũt & appetitũ mouent:eaſq; ratio perpenderit:atq; iudicarit diſcreueritq; ab altero altey:tum libero dicit̃ uolũtatis arbitrio id effeciſſe:ſicut uerbi cauſa.Cum dulcia quidẽ aliqua:ſed noxia ſpernimus:amara uero quæ profutura cõfidimus licet auerſemur tamen fortiter toleramus adeo nõ in uolũtate ſed in uoluntatis iudicio libeꝝ cõſtat arbitrium:nõ in ipſa imaginatione:ſed imaginationis æſtimatione actioneq; locatũ eſt:quæ igitur ĩcontinens ſecum reputarit uideritq; fugienda:nec fugit:merito deliquiſſe dicendus eſt.ideo aũt quæ ſecũ reputarit dicimus:quoniã eſt uideri ubi potius lapſus q̃ peccaſſe:quoniã nõ aduerterat & ubi uenia dignus quod aduertere nõ potuerit morbo correptus potius q̃ dãnandus dici queat.nam ſi tradẽti credimus Ariſtoteli:tria incõtinentiæ ſunt genera:unũ quidẽ morboſum:uelut cum morbi acerbitate correpti aliqui capillũ ſibi e capite cõuellunt:& alia agũt quæ morbo uacui nõ fecerit.alteꝝ aũt quod a natura ꝓficiſcitur:ut cum aliquis quæ uitioſa natura ſuggeſſerit repẽtino quodam motu excitata ilico nõ poteſt cõprimere:& peccati culpã recognoſcere:ut per irã uel cupiditatẽ in aliqua repræhendenda ꝓlabamur:ac cõmittamus quæ mox nos cõmiſiſſe pœniteat.In hoꝝ enim neutro uix delinquimus nõ magis q̃ cum poſcẽtibus nobis librũ miniſter ſedulus nondum expreſſo quod nobis uelimus pennatiũ aut atramẽtariũ ꝓfert.accipiendũ enim ei auribus fuit prius quid poſceretur:deĩde perficiendum:ſicut in cõtinenti aĩaduertendũ iuſte ne an iniuſte ageret:ſed ipſum prona nimiũ in cupiditatẽ:aut irã natura ſuperauit.Tertiũ uero genus a cõſuetudine naſcit̃.i.quod cum animaduerſione factũ maxime repræhendi ſolet:quod ſi iolere permiſerimus uix eradi & abſtergi poteſt.Lõgam enim cõſuetudinẽ nõ minus q̃ naturã ipſam uincere difficile eſt:quod prauo magis illectu q̃ delectu nobis blãdiẽte cõmittere uideamur.id nimiꝝ eſt quod ad libeꝝ uoluntatis pertinet arbitriũ & in quo in primis ſumus repræhẽdendi:nã cum ſint ira & cupiditas nobis cum brutis cõmunia:hoc ſolũ hoĩs eſt quod oĩa rõne perpẽdat:nec ab illis affectibus fallit̃:ſed ſe ipm ipſe ſeducit.nec peruicaciter hic iſtiterit quiſq̃ eam æſtimationẽ qua hoc potiuſq̃ illud perficere deligit:ut fati dicat aliqua neceſſitate agi:ſicut ſtoici:qui aiũt aĩam naturalẽ quãdã habere uolũtatẽ:ad quã ipſius natura uolũtatis ĩpellit̃:& ſicut in corporibus ĩanimatis quædã naturaliter grauia ferũtur ad terrã.leuia uero ſurſum uerſus meãt:ita in hoĩbus.cæteriſq; aĩalibus naturalẽ quandã eſſe uolũtatẽ ut ea uelimus:quæ ꝓuidẽtiæ illius neceſſitas ĩperauit:quod ſi ueꝝ ſit pereat oĩs æſtimationis ratio neceſſe eſt.qd enim æſtimare dicimus aliud niſi conſilio:ac rõne faciendũ ne aliqd an non nobiſcũ diſputare:ea ſi nos ad alterã partẽ trahat neceſſitas:magiſquã iudicii ratio perducat:ratio pereat neceſſe eſt.atqui ſolo iudicio ac rõne a cæteris diſtiguimur animalibus:ergo ne hominis quidẽ nomẽ in nobis manebit:quod rationẽ ei auferamus quã in hominis diffinitione ponimus:dicimus enim.homo eſt animal rationale:ꝙ ſiquis iudiciũ quidem libeꝝ eſſe fateat̃:ſed actũ ipm a neceſſitate deſcendere contendat.hic quoq; nihil dicit:omnis ſi quidẽ:ut Ariſtotelis utar argumẽto:natura talis eſt ſubſtãtiæ ꝓcreatrix:qualis ipſa eſt:ut uegetãtia:ut aĩalia.gignit.n.utꝝq; hoc genus:& ex ſuis prĩcipiis arbos quidem ex ſæmine ſuo:id enim cuiuſq; rei in ſua ſpecie prĩcipiũ eſt:a quo idẽ gignit̃:ita & aĩal naſcit̃.ut igit̃ fuerint prĩcipia ita quæ de principiis oriũtur:nec enim de caſtaneæ aut glãdis ſæmine naſcit̃ prunũ:aut de ficu caſtanea:quod ex geometriæ exẽplis facilius dat̃ ĩtelligi.uelut ſi triãgulus habet tres angulos æquales duobus rectis:quadrãgulus habebit q̃tuor angulos æquales quatuor rectis:quod ſi quadrãgulus nõ ita habeat ut diximus:ne triãgulus quidẽ tres angulos habebit æquales duobus rectis.hoc idẽ de hoĩe licet ĩtelligere.ſolus enim homo rõne duce quicquã agit:nõ autẽ dubiũ eſt qn ipſe gignat quod agit.actio aũt de aliquo prĩcipio:utpote cauſa ſua gignit̃.a cõſilio aũt & iudicio humanæ oriunt̃ actões.ꝙ ſi principiũ hoc eſt iudiciũ immutes.immutet̃ actio quoq; neceſſe eſt:uel ſi actionem mutes mutari quoq; iudiciũ neceſſe eſt:atq nemo unquã iudicio quicquã agit:ut dicat:aut cernat aliud ſe egiſſe q̃ ceparit cõſiliũ:nec me latet ĩmutari ſæpe in rebus ipſis obeũdis actiones:ſed tũ cõſilia quoq; mutant̃:aut euenire ſecus q̃ putauerimus:ſed tũ cũ in noſtra poteſtate nõ fuit.nã ſi gladio hoſtẽ petere noſtræ eſt optionis:nõ tamẽ etiam noſtri eſt ipm occidere arbitrii.quis ergo nõ uideat actiones:quæ de iudicio manẽt:noſtræ optionis eẽ:ac in nobis eẽ:nec aliũde deſiderari oportere quod boni maliue ſimus?ſed de his hactenus.nũc aliud argumentũ diluẽdũ ſumamus:quod fuit:quoniã eẽ nõ poſſit ut omnia futura nõ nouerit deus cũcta neceſſitati eẽ obnoxia.quid ergo dicendũ?fatemur deũ certe ſcire omnia:ſed ob hoc tamẽ quicquã neceſſitati obnoxiũ eẽ negamus.ſi enim neceſſario cũcta eueniũt:neceſſario ea quoq; euenire nouit deus:quod ſi ueꝝ ſit:quæ nos eadẽ quoq; deũ ligat neceſſitas:ut ſi cui bona tribuat tribuere coactus ſit:ſi quã in mũdũ animã miſit eã miſiſſe addictus fuerit.quod angelũ:quod hominẽ:quod cætera crearit creare cõpulſus ſit:quia ita futuꝝ ꝑſciuit.quod ſi ſit:ubi nã illa quæ in deo eẽ credit̃:uereq; ꝑdicat̃ fœlicitas?ut ipe quoq; non libera quæ uult agat uoluntate omnia:ſed neceſſario quæ facit facere cõpellat̃:ne qua igit̃ tãq; ſtulta tã ĩpia ſit ſapiẽtia quæ nos aliqua deũ adigi neceſſitate perſuadeat:ne aliquid ſupra deũ hoc eſt neceſſitatẽ eſſe fateamur.quod etiam cogitatu nefandũ ſit:ac nos ad impoſſibile perducat illud potius quod uerĩſſimũ eſt aſſeueremus:neq; decretũ neq; imperatum quod quiſquã futurus bonus aut malus ſit:ſed penes nos uiuẽdi eẽ optionẽ:& libeꝝ eẽ uolũtatis noſtræ iudicium.quid.n.ad nos ſi deus præſciuit quæ facturi ſimus nõ magis q̃ ſi qſpiam alius quis ille ſit illud idẽ nouerit.ſunt igit̃ aliqua quæ nobis deſiderare potius q̃ uendicare poſſimus:unde & externa nominantur:ut forma:diuitiæ:gloria:ualetudo:fama & id genus alia:quædã uero eẽ nemo etiã negauerit:quæ in noſtra ſint poteſtate:ut iudicium:uoluntas cõſenſus:

electio:cæteraq; huiuſmodi.itaq; tam qui quæ noſtra ſunt aliena arbitratur:q̃ qui quæ ſunt aliena noſtra putat
uehæmenter errat:& in ueri cognitione hallucinatur:nec ut opinor quicq̃ ſapit:nam ſicut diuitiæ:forma:gratia
gloria:& in hoc genere alia in fortunæ poteſtate eſſe credi certo debent.ita iuſtitiã:téperantiã fortitudinem:reli/
quaſq; uirtutes in noſtra manu eſſe par eſt exiſtimare.aiũt præterea illi delicta minime uideri debere uolũtaria:
quod mẽs noſtra diuinitatis particeps ſit:& naturali appetitu bonũ expetere:uerꝝ tamen in bonoꝝ iudicio nos
plærũq; errare:ide eſſe quod alii ſummũ bonũ uoluptatẽ:alii diuitias:alii gloriã & deniq; alii alia eſſe exiſtima/
rũt.at huiuſce erroris multiplex eſt cauſa nõ ſanũ iudiciũ ratioq; qua oĩa metiri nos cõuenit:ſed q̃ nimiũ ſenſi
bus dedamur.nam ut ſtoici putant cum dolore & corporis aliquo cruciatu affligamur & aio minus fortes deii/
ciamur:ſenſuũ aũt nimia oblectatione exultemus:hic dolorẽ ſummũ malũ & uoluptatẽ ſummũ bonũ illi pu/
tauerũt.hic pernitioſa pro ſalubribus:flagitioſa pro honeſtis & appetũt & agunt:hic diuitias quod præſentiſſi/
mum ad uoluptatẽ nobis cõparandã ſit iſtrumentũ ĩpenſiſſime diligimus:gloriã falſam pro clara cõplectimur
quod uirtutis præmiũ:ac quaſi teſtimoniũ laus:honor:gloria exiſtimeẽ:ſed prudẽtes & uere ſapiẽtes uiri in ue/
ri iueſtigatione uerſati:ſciũt quã & cuiuſmodi gloriã expetere non conueniat:uulgus autem ĩperiũ pro honore
ueraq; gloria popularẽ exiſtimationem:uanamq; gloriam colit:pro uirtutibus inſtituta.uoluptatibus delibutã
uitam cõſectatur:faciendi quæ quis uelit:iperatiq; cupiditas:aut ira ĩpulerit nõ ratio perſuaſerit:regiã quandã
eſſe eminentiam arbitratur natura ſi quidem ſuapte:homo liber eſſe:q̃ ſeruire:ĩperare q̃ obſequi potius affectat.
at quia ĩperium poteſtas comitatur regnum ubicunq; poteſtas fuerit putat.Cum ſit regnum ut recte diffinit Iſo
crates iuſta alicuius erga populos ſuos:ut parentum erga filios tutella:atq; obſeruatio.porro quod beate illũ pu
tent uiuere:qui ut ei libuerit uiuat:illum credunt beatum eſſe qui uoluptatem omnem aucupetur:& ſua conſe
quatur deſideria:Cum uiuere ut libet hoꝝ nemo poſſit quem ſemper aliqua deſerit cupiditas:uitiumq; quaſi
cathena aliqua uictum teneat.ille ſolus demum uiuit ut uult:qui iudicio & ratione omnia facere expetit:& cau/
tionis ſalubritate mala deuitat.hæc igitur & ſimilia errorem uulgo iniecerunt:ut plætiq; omnes in bonoꝝ dele
ctu hallucinẽtur:quamobrem diuino in primis homini opus eſt præſidio:quod fortitudinem:& cognitionem
ſuggerat ad animi affectum fere humanum hoſtem ſuperandum qui ea de cauſa carni aduerſus rationem da/
tus eſt ingens ut de uictoria maius præmium reportetur.ſed nihil aget deus niſi uolũtas ſe noſtra idoneam ex/
hibuerit ad accipiendum aſſueſcatq; a prima ætate illas corporis ĩ animum perturbationes cupiditateſq; extra/
rias contundere:difficillime enim eradetur:quod ſinetur inoleſcere.eadem eſt ad ultimum confutandum argu
mentum ratio:nullam ſi quidem oſtendit diuinatio neceſſitatem:non magis q̃ diuina ſcientia.nam plærũq; ita
dicitur:ſi hoc fiet ſequetur illud:ut perdet croeſus halym trãſgreſſus maxima regna.des igitur croeſum halym
non tranſgredi:non ſequetur ut maxima perdat regna.quod ſi ſit:nõ fuit neceſſe ut perderentur.ergo nõ omne
quod futuꝝ eſt ĩuehit neceſſitas.quod cum ita habeat ſecus non eſt q̃ nos a principio falſi ſumus.diximus enim
quædam fortuna:quædam caſu:alia fato euenire:fato q̃dem ut quod moriamur:& item cum deliq̃mus ut lua
mus pœnas:delinquere:ac non delinquere liberæ fuit uoluntatis præmium an pœna in noſtra poteſtate non eſt ut
cum anteceſſerit illud hoc ſequi neceſſe ſit:atqui ſanctiſſimi plærunq; uiri ſupplicio ultimo affecti ſunt:& peſſi
mi honorati:cur hæc permittat:nouit ipſe deus nec haꝝ reꝝ cauſas ſcrutari ad nos attinet.illud enim hic quæ/
rimus ſit ne libera uoluntas noſtra an non:quod autem bonus ob inuidiam plærunq; mala ſubeat & malus bo
na ĩcurrat non eſt quod liberam homini auferat uoluntatem.ideo in omni actione mens hominem:aut condẽ
nat:aut abſoluit.Inſtituant igitur quid tandem hanc neceſſitatem quod fatum appellamus eſſe uelint diuinam
ne prouidentiam?at malorum cauſa eſſe non poteſt:an malignam animam?ſed a malo nihil oriri poteſt boni:
nam fato etiam bona euenire aiunt:an bonam mentem uirtuteſq; uult quidem deus:ſed præſtare non poteſt?
ĩbecillum quiddam & ſine uirtutibus erit.poteſt ne:ſed non uult?hæc fera & ĩmanis erit ĩuidia:nunquid neq;
uult neq; poteſt?& hoc de quocunq; bono dicere flagitioſum eſt.an uero & poteſt & uult?ergo erit bonorum
cauſa cum ſit ĩpe optimorum omnium quæ excogitari poſſunt optimus:nec malorum ulla cauſa pertinebit ad
fatum.unde ergo tot mala contra nos ſeſe arietant:nunquid ex ſtellarum motu?& ſtellis ita iubentibus:atqui
quæcunq; in cælo animata ſunt ea iuxta diuinum nutum mouentur:& omnia diuina ſunt igitur bona:quo nã
pacto igitur quod bonum eſt maleficum eſſe poteſt:& rurſus cum ſidera omnia cæleſti ſapiẽtia plena eſſe opor
teat:manifeſtumq; ſit omnem malitiam ex dementia naſci:quonam modo ſidera conuenit maligna contra nos
eſſe cenſere.ergo ſi qua in cælo ſigna futura portendant:ſi qua mens præſaga futuri adeo prædicat ea de cauſa
contendendum eſt ut ſignificent quæ nobis immineant:quæ ſint quæ nobis gignant mala niſi cauerimus:&
ut caueamus nos admoneri credendum eſt:deus igitur omnium bonorum cauſa & iuſtorum bonos præmiis
inuitando:malos pœnis terrirando:& rurſus bonos mundanis fluctibus roborando.non enim arbor eſt ſolida
niſi quæ crebris fuerit flatibus agitata:malos præmonendo ut uitiis ſuis ſinem aliquando inueniant.exterminã
da itaque hæc nimirum uana credulitas:& arguendi fallax calliditas.Quod ſi quis ad humores corporis:natu/
ralemque illam compoſitionem reſpiciens deinde conſuetudines contempletur hinc plæroſque auaros:mul/
tos incontinentes.& in aliis alios uitiis laborantes & exinde in morbis animi multos fluitare quippe qui ſenſi/
bus nimium ſint dediti:mecum:& recte ut arbitror ſentit.ideo aduerſum huiuſmodi uitia ſalubris adeo homi
ni tributa ratio eſt.nam auaritia:libido:crudelitas:& reliquæ huiuſmodi peſtes:non in tenera ætate:ſed tum
cum iam ætas adoleuit maniſeſtiſſime erumpunt cum omnia conſilio & ratione regi gubernariq; poſſint:quin
& quo quis iam ingenio præſtantior fuerit plærunque maiore uitii tabe corrumpitur:quaſi ex uno eodemque
fonte naſcãtur utraq;:nam corporis proſpera ualetudo:& membrorum uigor ſenſus ad illecebras omnes præ/
cipue ad incontinentiam pronos habet:ita uigor ille ſenſuum reꝝ tractandaꝝ maiorem habet induſtriam:ſed
cupiditatem etiam uehementiorem:ut igitur pernitioſa uitent:& ſalubria conſequantur:humanaꝝ oium reꝝ

decus honeſta & liberalia ſtudia atque diſciplina in primis proſunt: exhortationes: admonitiones repræhẽſiones: aĩaduerſiões: educatiões ĩgenuæ: cõſuetudines ſanctæ: colloq̃a proba: naturis medent̃ uitioſis: horum autẽ cõtrariis mẽtis acies obtũdit̃: ratio deſipiſcit: igeniũ ĩſoleſcit. Inde in aĩo continentis uiri ſemp plus cõſilium poteſt: intẽperãtis uero ibecillitas aduerſum rõnẽ uitioſis animæ partibus ſuffragat̃: ne nr̃is igit̃ uitiis blãdiamur: ut nos neceſſitate cõpulſos ea ĩcurriſſe dicamus: ſciamus ea a diuinis p̄dici ſolere q̃ ambigua euentura ſint: nec ne. nemo. n. aſtrologũ unq̃ cõſuluit moriẽdũ ſibi ſit nec ne: ſed q̃ longiſſima uitæ ſuæ ſpacia poſſit ꝑducere. diues an paup: in plebeia an nobili fortuna uicturus ſit: & cætera quæ obſeruatione ſcientia artificioſaq; ſolertia

Sed decet augentem linguam latinam nominare molarem explicãda uis ẽ ratioq; enunciationum: quæ græci αξιωματα uocant: quæ de re futura cũ aliquid dicũt deq; eo quod fieri poſſit: aut nõ poſſit: quã ui hẽant obſcura q̃ſtio ẽ: quã περι δυνατων appellãt

indagant̃. omniſque huiuſmodi rõ nihil aliud eſt q̃ cõiectura earũ re℞ quæ uel ad corpus ptinẽt: uel ad ea q̃ ad corpus referũtur uel ad aĩum: q̃tenus corpori nimiũ obſequitur: nõ ut ad rõnẽ ſe cõparat. nec ſane rõni irã: & cupiditatẽ quaſi damnoſos & ĩutiles affectus ſed q preſto eẽnt ſi rõne gubernent̃: deus ut ueteres ẽt ſcriptis prodiderũt cõiũxit: quãdo q̃dẽ multa ſunt: quæ per idignationẽ: ſedatãq; irã inuita fiunt: quæ ad iuſtitiam uirilẽ quandã demõſtrãt cõmotionem. multa quoq; ex cupiditatis motu honeſta expetimus: ſicut ergo i cælo uiuentes: quod illic minime opus ſit: nulla ira: aut cupiditate agunt̃. ita mentibus noſtris neceſſariæ fuerunt ira & cupiditas: ut cum ſe ad rõnem atq; cõſilium cõuertiſſet metiret̃ cæleſtia: cõſideraret immortalia: cũ uero terrena diſpiceret: animi noſtri obtutus non eſſet inanis: ſed ad ea gubernãda: tum iræ: tum cupiditatis partibus alliceretur: ne q̃d tamen ledere poſſent: rõnis præſcriptõi ſuppoſitæ ſunt: quæ ſi cedit affectibus: malos: ſin aũt ĩperat: bonos ĩſtituit mores: expoſitum tãdem: ut opinor: ẽ q̃re Cicero dicat. fati quæſtionẽ ad mores ptinere: reliquũ nũc eſt: ut uerba interpretemur: inq̃t igitur: q̃a ptinet ad mores quos ηθη græci uocant ηθος dictũ απο του εθους. ariſtoteles in primo magnorũ ethicorũ το γαρ ηθος απο του εθους εχει την επωνυμιαν ηθικη γαρ καλειται δια το εθιζεσθαι Nos eã partẽ philoſophiæ: ſubaudi quæ græce ethica dr̃. Sed decet augentẽ linguã latinã noĩare moralem. Hic nobis licet intueri moralẽ ante ciceronẽ dictũ nõ fuiſſe: & ab eo nouatũ eſſe uerbũ. Explicãda uis eſt ratioq; enũciationum. quẽ ſenſum: & quam ueritatẽ habeãt enunciatiões de qua ni mox diſſeremus: nunc quid ſit enũciatio: & quot enunciationũ ſint genera explicemus: orõnis igitur partes Ariſtoteles cæteriq; dialectici duas omnino eſſe uoluerũt: nomẽ & uerbũ quod ex his uerũ uel falſum poſſit iudicari. orationũ uero aliæ imperfectæ: ut At regina graui iamdudum ſaucia cura. aliæ perfectæ. ut At regina graui iãdudum ſaucia cura Vulnus alit uenis. aliæ deprecatiuæ: ut Adſit letitiæ bacchus dator. aliæ imperatiuæ: ut Cape robora paſtor: Tollentẽque minas & ſibila colla mouentẽ deiice. aliæ interrogatiuæ: ut Tu ne ille æneas quem dardanio anchiſæ Alma uenus phrygii genuit ſimœntis ad undam? aliæ uocatiuæ: ut O qui res hominũq; deũq; æternis regis imperiis: & huiuſmodi. aliæ etiam ſunt ad oratores & pœtas pertinẽtes: ad dialecticum uero: & philoſophũ ſolæ indicatiuæ: has itaq; oratiões enunciatões dialectici uocãt: ut plato diſputat. enunciationũ porro aliæ ſunt negatiuæ: aliæ affirmatiuæ. itẽ aliæ ſunt unæ: aliæ multiplices. oratio una dicitur quæ unam ſignificat ſubſtantiã: unde & theophraſtus in libro de affirmatione: & negatione diffinitionẽ unam ſemp eſſe orationem ait. ut homo eſt animal rõnale mortale. multiplex uero quæ nõ unũ ſed plura ſignificat: ut aiax ſibi mortem conſciuit. hæc oratio nõ eſt una: q̃ duo fuerint aiaces: ſi de telamonio intelligas: uera eſt: ſin de oileo: falſa. aliæ enunciationes ſunt ſimplices: aliæ compoſitæ. ſimplices ut dies eſt. hæ a græcis cathegoricæ a noſtris prædicatiuæ dicuntur. Cõpoſitæ autem quæ a græcis nominantur hypotheticæ ſunt: ut ſi dies eſt lux eſt: rurſum aliæ enũciationes dicunt̃ uniuerſales: ut omnis uirtus eſt bona: aliæ particulares: ut hic homo eſt bonus: ſingulares aliæ: ut. M. Var. omniũ romanorũ fuit doctiſſimus. aliæ indeſinitæ ut uirtus eſt uitæ humanæ regula. Cæterum oẽs enunciatiões ſũt: aut poſſibiles aut impoſſibiles. poſſibilium uero aliæ ſunt neceſſariæ. aliæ cõtingentes: de quarum ui atq; rõne mox dicetur. Quæ græci αξιωματα uocãt. notanda locutio: ratioq; enũciationũ quæ græci αξιωματα uocant: huic diſſimilis illa: q̃a pertinet ad mores quos ηθη græci uocant. axioma græci: noſtri uero tũ enũciationem tum effatum nominãt. cicero ipſe in hortenſio. nempe fundamentũ dialecticæ eſt: quo quid enũcietur. id autem appellatur axioma quod eſt quaſi effatum: aut uerum eſſe aut falſum. Obſcura quæſtio eſt. quã περι δυνατων philoſophi appellant. ideſt ut ipſe interpretatus eſt: de eo quod fieri poſſit: aut non poſſit ſane quæ ſiunt omnia in partes tris ueteres diuiſerunt: poſſibile: neceſſarium contingens. quod non nulli dixerunt ambiguum: ut ſit quidem poſſibile ut genus: neceſſarium uero & contingens: ut ſpecies. ergo omne poſſibile uel neceſſarium uel ambiguum eſt. philo autem ait poſſibile eſſe: quod propria enunciationis natura uerum ſignificet: ut ſi dico me cras librum de fato expoſiturum. hoc niſi extrinſecus aliquid prohibeat uere enunciabitur: eodemque pacto ipſe philo neceſſariũ definit: quod cũ uerũ ſit quãtũ in ipſo eſt mẽdacium admittere nõ poſſit: & poſſibile idẽ porro definit: ut quãtũ i ꝑo ſit falſũ poſſit admittere. Impoſſibile ãt q̃d ſuapte natura uerum nunq̃ poſſit admittere. i.{ideſt} ille tamẽ cõtingẽs: & poſſibile unũ eẽ aſſerit. Diodorus uero poſſibile eẽ definit quod aut ẽ aut erit. Impoſſibile q̃d falſũ ſit nec unq̃ erit ue℞. neceſſariũ quod cũ uerũ ſit nunq̃ erit falſũ: nõ neceſſariũ quod aut ẽt eſt: aut erit falſũ. Stoici uero poſſibile q̃dem uoluerũt quod rem exprimeret uerã ſi modo nihil extrinſecus ſecus facere prohiberet: quod cũ eo tamẽ fieri cõtingat. Impoſſibile ãt quod nũq̃ admittat uerũ. Ita aliis extra ipſius euentum ꝓhibentibus. neceſſariũ porro quod cũ uerũ ſit falſã uim nulla rõne admittat: ſed ſi cuncta a neceſſitate eueniãt ĩ diodori non ſatis ꝓbatã perueniemus ſententiam. Ille ſiq̃dem cenſuit ſi quis in mari moreret̃ cũ i terra mortẽ obiiſſe nõ potuiſſe: quod nec philo nec ſtoici probant. Ariſtoteles autem ea ait neceſſaria:

quæ nullam cum contrario habeant cognationem: ut nix quod ſemper frigida ſit nunq̃ calori poſſit eſſe coniūcta. itidem ignis cū nunq̃ frigori cognatus ſit ſemꝑ in frigoris cōtrario iacet: quæcūq; igiť ſunt neceſſaria nullā cū cōtrariis unquā habēt cognationē: quæ uero habēt nō ſunt neceſſaria: quæ cū ad utrāq; partē flecti poſſunt rum poſſibilis utriuſq; diciť euētus ut calamū hunc frangi: & nō frangi. poſſibiliū igitur aliud ē huiuſmodi: ut ei obſtari quo minus eueniat non poſſit: cuius cōtrariū īpoſſibile: ut eſt omnia orta occidere: & aucta ſeneſcere: nec eſt eius cōtrario locus: ut quod natum ſit nō occidere. aliud tale eſt ut ꝓhiberi declinariq; poſſit ſicut omne quod in uoluntatis noſtræ arbitrio poſitum eſt. Cōtingens uel dubium eſt poſſibile: Cuius etiam contrariū poſſibile natura ꝓduxit: ut hodie poſt ſolis occaſum futuram pluuiā: quod certe ita poſſibile eſt: ut æque eius cōtrarium ſit poſſibile. itaq; certū neſcientibꝫ oratio enūciabiť ābigua. quæcunq; igitur ab humana actiōe: cum aliqua fiūt animaduerſione eorū penes nos optio ē. nam euenit plærūq; ut īprudēter aliquid agamus. unde & dicere ſolemus: nō equidē hoc præuiderā: non aīaduerterā quid agerē. ſed nulla eſt fere in nobis culpa: ſi mō eius īprudētiæ ipſi nō ſimus in cauſa. ac tū demum culpam effugere non poſſumus cū ſenſus atq; appetitus non eſt ſine phantaſia: quā: ut cenſeo: noſtri imaginationē uocāt: ac ſine idolo: quod nr̄i ſpectrū appellarunt: rei efficiendæ ad ītima penetrans: hoc eſt ad rationē atq; conſiliū: ut id animæ aſſenſum admiſerit. Illud tamē nō negauerim animæ noſtræ aſſenſum multis de cauſis in uitioſa deflecti: aut enim ītemperantium in conſultando ruſticitas: & quædam barbaria cōſilium ſubuertit: uel īſcitia illecebris nimium dedita mens: & laboris īpatiēs: uel falſæ opiniōis perſuaſio: uel maxime cū magni auctoris habet exēplū: uel īproba cōſuetudo: & uitii alicuius q̃ſi tyrānica dominatio: ꝓpter quæ uiolentis qbuſdā delinimētis: potius quā uolūtate peccare existimamur: quæ omnia quādo cautiones prudentiæ auerti queūt in optione noſtra eſſe iure duci debēt: ſed de ui: ac ratione poſſibilium enunciationum hactenus. merito igiť cicero ſubiungit.

Totaq; eſt logicæ, quam rationem diſſerendi uoco. quod autem ī aliis libris feci: qui ſunt de natura deorum: itemq; in his quos de diuinatione edidi: ut in utranq; partem perpetua explicaretur oratio: quo facilius id a quoq; probareť: quod cuiq; maxime probabile uideretur in hac diſputatione de ſato caſus quidā ne facerē īpediuit. Nam cum eſſem ī puteolano: hirciuſq; noſter cōſul deſignatus iiſdem in locis uir nobis amiciſſimus & his ſtudiis ī quibus nos a pueritia uiximus deditus: multum una eramus maxime nos quidem exquirentes ea cōſilia quæ ad pacem: & ad cōcordiam ciuiū pertinerent. Cum enim omnes poſt interitum cæſaris: nouarū perturbationum cauſæ quæri uiderentur: hiſque eſſe occurrendum putaremus: omnis fere noſtra in his dæliberationibus conſumebatur oratio: idque & ſæpe alias: & quodam liberiore q̃ ſolebat: Et magis uacuo ab interuentionibus die cum ille ad me ueniſſet: primo illa quæ erant quottidiana: & quaſi legitima nobis de pace: & de otio: quibus acceptis: quid ergo inquit ille: quoniam oratorias exercitationes nō tu: ut ſpero: reliquiſti: ſed certe philoſophiam illis antepoſuiſti. poſſū ne aliquid audire? tu uero īquam uel audire uel dicere. Nec enim illud: quod recte exiſtimas oratoria illa ſtudia deſerui: quibus etiā te īcendi q̃ flagrantiſſimū acceperam: nec ea que nunc coutracto minuunt: ſed augent potius illam facultatem. Nam cum hoc genere philoſophiæ: quod nos ſequimur: magnā habet orator ſocietatē. ſubtilitatem eni ab academia mutuať.

Totaq; eſt logicæ. nā cū in partē īueniēdi: & partē iudicādi omnis a ueteribus logica diuiſa ſit incognita ui: ac rōne enūciationū iudicare. certe nemo poterit: nemo argumentationē cōcludere: argumēta aſtruere uel deſtruere quæ uelit: in horū nāq; diſputatione oīs dialectici neceſſe eſt uerſetur orō. Logica. n. ἀπο του λογου. i. aut rōcinādi ſiue ſermocinādi: uel potius diſſerēdi dicta. Vt in utrāq; partē. ī dialogi ritū: ut cōfirmaret unus quod alter aut tertius cōſutaret. Maxime ꝓbabile. ui argumētoꝝ cōuictum.

Nam cū ēēm ī puteolano: urbs cāpaniæ puteoli colonia dicæarchia dicti: qđ ea ciuitas olim iuſtiſſime tegeretur: unde puteolanus ager dictus. Conſul deſignatus. i. īſigni noīe cōſulatus clarior factus. ē ēt uideri ubi deſignare ſit ignominia cū aliquid facere Hora. dū ficus prima calorq;: deſignatorē decorat littoribꝫ atris. Terentius in adelphis. illa quæ ante acta ſunt omitto modo qđ deſignauit. Et magis uacuo ab īteruentōibus die. quo minus īteruenirēt alii ad nos quo liberius nō poſſemus quæ uellemus īter nos loq. Illa quæ erāt quottidiana. deeſt referebamus: eſt eni nō ſine orōnis grā elipticos dictum. Quibus acceptis. admiſſis. Incēdi. & ut audires flagrātiſſimū acceperā. Hoc genere philoſophiæ dialectica: & morali phil loſophia: aut certe morali tantū.

Subtilitatē. n. ab academia mutuatur. i. a philoſophoꝝ & platonicoꝝ ſubtilitate: nō eni lōge ab athenis platonis fuit uilla ī academia ubi ad ſtudia cū diſcipulis ſuis īcūbebat philoſophiæ: ab academo heroe locus ſic appellatus ſicut eupolis īaſtra teutis memit īges umbroſis īcurſibꝫ acadēi dei: ſed tīmō pricipē platonē fuiſſe ait ſuauitate orōnis & copia oīum ꝙ acadēiæ rus aī coleret florētia ubi ēt ſepultus dr̄ a quo academici phī poſtea dicti ſūt. hic & Ci. uillā ſuā academiā & quē edidit libꝝ acadēicoꝝ appellauit. & quoniā res ut igr Pli. digna memoratu ē: ipius Pli. uerba apponā. uilla iqt ē ab auerno lacu puteolos tēdētibꝫ īpoſita littori celebrata porticu: ac nēore: quā & uocabat. M. C. academiā ab exēplo athēaꝝ: ibi cōpoſitis uolumibꝫ eiſdē noībꝫ. In q̃ & monumētū ſibi

inſtaurauerat:ceu uero nō & in toto terrarum orbe feciſſet. Huius ī parte prima exiguo poſt obitum ipſius: antiſtio uetere poſſidente eruperūt fontes calidi perq̄ ſalubres oculis celebrati carmīe laureæ tullii qui fuit e libertis eius ut protinus noſcaꝰ etiā miniſteriū eius hauſtus ex illa maieſtate: ponam enim ipſum carmē dignū ubiq; & non ibi tantum legi. Quod tua romanæ uindex clariſſime liguæ Silua loco melius ſurgere iuſſa uiret. Atq; academiæ celebratam nomine uillam. Nunc reparat cultu ſub potiore uetus. Hic etiā apparent lymphæ nō ante reptæ: Languida quæ infuſo lumina rore leuant: Nimirū locus ipſe ſui ciceronis honori Hoc dedit: hac fontes cum patefecit ope. Vt quoniam totum legitur ſine fine per orbem. Sint plures oculis quæ medeantur aquæ.

Et ei uiciſſim reddit hubertatem orationis & ornamenta dicendi. quamobrem inquam quoniam utriuſq; ſtudii noſtra poſſeſſio ē. Vtro frui malis: optio ſit tua. Tum hircius gratiſſimum inquit: & tuorum omnium ſimile: nihil enim unquam abnuit uoluntas tua meo ſtudio: ſed quoniam rethorica noſtra mihi ſunt nota: teq; in his & audiuimus ſæpe & audiemus: atq; hanc academicorum contra propoſitum diſputandi conſuetudinem indicat te ſuſcepiſſe tuſculanæ diſputationes: proponere aliquid ad quod audiam ſi tibi non eſt moleſtum uolo. At mihi inquam poteſt quicquam eē moleſtum quod tibi gratum futurum ſit? ſed ita audies: ut romanum hominem: ut timide ingredientem ad hoc genus diſputandi: ut lōgo interuallo hæc ſtudia repetentem. Ita inquit audiam te diſputantem ut ea lego quæ ſcripſiſti proinde ordire: Cōſideramus hirci: quoꝝ ī aliis. Vt in antipatro poeta: ut ī brumali die natis: ut ī ſimul ægrotātibꝰ fr̄ibꝰ: ut ī urina: ut i unguibus: ut ī reliq̄s eiuſmodi

E Propoſito egredi paſſus ut ab illa cicerōis diſputandi ſeueritate te aliquando Ioannes iacobe triuulti in angulū aliquē amœnū deducerē quo reliqua lōge magis tibi eēnt uiliorū cōparatione placitura. Et ei. ſubaudi philoſophiæ uiciſſim. ut ab ipa acumen accepit: ita reddit: ſubaudi orator. Hubertatē orationis. eloquii copiam: quæ i ipſo ampliſſima eē debet. Et ornamēta dicendi. ea uero aut in ſententiis: aut in uerbis ſpectantur. In ſentētiis quidē: ne qd abſurdū: ſed neſcio unde erutum: & nouū uideatur materiæ accomodatum: acutū: aliquando graue: aliquando humile: & aliquādo tēperatum dicendi genus. in uerbis uero aut ſingulis: aut cōiunctis ſingulis: ut propria: ut nouata: ut antiqua: ut tranſlata ſint: ut lautiſſima eligamus: q̄q̄ & aliis etiā ſuus utendi eſt locus. i cōiunctis autē ordo ſpectandus: ut ſtructura numero & lenitate profluat: troporum & ſchematon perpetua luminibus exornetur oratio. hoc ſane expreſſi breuius q̄ res ipſa depoſcebat: ſed ad id quod nunc agimus nō fuit dicendū pluribus: p̄ſertim cū de hac oī materia alibi abūde ſcripſerimus. Vtro frui malis. i. uoluptatem capere: diſtat aūt a uerbo utor: utar aūt auguſtini uerbis: qui frui inqt eſt amore ihærere alicui rei ꝓpter ipſam. uti autē. quod in uſum uenerit ad id quod amaꝰ obtinendū: ſi tamen amandū eſt. nam uſus illicitus abuſus potius uel abuſio noīanda eſt. quo modo ergo ſi eſſemus peregrini qui beate uiuere niſi in patria non poſſemus: eaq; peregrinatione utiq; miſeri: & miſeriam uitare cupientes in patriam redire uelimus: opus eſſet uel terreſtribus uel marinis uehiculis quibus utendum eſſet ut ad patriā qua fruendum erat peruenire ualeremus. Optio ſit tua: tu inquit deligas. eſt enī optare deligere. Rhetorica nr̄a: quæ tu latina feciſti. rhetorica iſtitutiōes rhetoricæ: generis neutri: numeri tātum pluralis: nam rhetorica generis fœminini facultatē ipſam & artem ſignificat.

Cōtra propoſitum diſputandi conſuetudinem: quemadmodum plato in dialogis facit: ut quod unus confirmet alius refellat. Conſideramus hirci quorum in aliis: ordo eſt. conſideramus hirci in aliis: ut in antipatro poeta: & que ſequuntur: quorum naturæ contagio ualeret. Vt in antipatro poeta. antipater poeta ſidonius omnibus annis eo tantum die: quo erat genitus febri corripiebatur: cumq; ad ultimam ætatem perueniſſet die natali ſuo certo illo circuitu morbi cōſumptus eſt. Vt ī brumali die natis. Cuius modi hoc ſit exemplū mihi nō liquet: nec uſq̄ me legiſſe recolo: ſed nihil refert quādoquidem: & huiuſmodi quottidie poſſimus exēpla ſpectare ſi mentē adhibeamus. Vt iſimul ægrotātibus fratribus. polyſtratus & hippoclydes īquit Valerius maximus: philoſophi eodē die nati eiuſdē præceptoris epicuri ſectā ſecuti: p̄rimonii etiā poſſidendi alendæq; ſcholæ cōmunione cōiuncti: eodēq; momento tp̄is ultima ſenectute extincti tam æqualē ſortunæ pariter: atq; amicitiæ ſocietatē qs nō ipſius cæleſti cōcordiæ ſinu genitā: nutritā: & finitā putet? quod ſi hos forte cicero etiam non dicit: qui ſimul ægrotantes: qui fratres fuiſſe ſcribit nō dubiū qn his ſimile philoſophis proferre uoluerit exemplum: ſed hic nō eſt curandū quod nā exemplum ſit: ſed ad quod referatur inſpiciendum: fati enim neceſſitatē nūc quærimus: quam in huiuſmodi rebus nullam eſſe cicero arguit: quod fatum id eſſe putet quod longiſſima cauſarum ſerie diuina & eterna prouidentia ad ultimum peruenit effectum: ſed longe magis illis acceſſerim: qui ut ſupra oſtendimus: omnem rei futuræ neceſſitatem fatū dixerūt: ſiue id a natura ī corpora noſtra deſcenderit: ſiue noſtris flagitiis irritatus deus nobis inflixerit cuiuſmodi iam abūde a nobis dictū: præterea qui ſcire quiſquam poteſt: niſi ſit deus: an etiā hæc ipſa quæ a naturæ uiribus ait euenire a cauſis æternis non emanarint? id eſt curſibus cæleſtibus: quæ illam corporum molem atq; materiem ſtolidam: ac ſine ſenſu ita affecerint atq; commouerint: ut nos utpote perq̄ratos demiremur effectus. Vt in urina. ut in unguibus: ut in reliquis eiuſmodi. ſubaudi quæ in toto corpore ſpectantur multis eſſe inter ſe ſimilia: quod ab una aut non admodum ab ſimili cauſa effluere certum eſt.

Naturæ contagio ualeret.cõtagio &nõ contagiũ:ut iqt feſtus põpe.Legimus tamẽ cõtagia unde illud apđ lucretiũ.Quippe eteni nullo ceſſabãt tpe apiſci. Ex aliis alios auidi cõtagia morbi. Legimus & cõtagibꝫ ut apud eundem. Qui fuerãt aũt præſto cõtagibus ibant. Quaſi ad cõtagies contagis deductus:ac ſicut compago: & compages:& ab utroq; compagis naſcitur genitiuus ita ab eo quod eſt cõtagio genitiuus ſit in uſu cõtagis q fuit a nominatiuo contages.dicit̃ & contagionis.Naturæ contagio.ut quæ unum cõplexa ſit:alterum quoq; aliqua in parte ſimiliter contigerit:quãdoquidẽ a ſimilibus principiis ſimiles gignuntur effectus. Quam ego nõ tollo.non aufero quo minus accedã id a natura poſſe fieri. Fortuita quædam eſſe poſſunt:quæ fato ab aliis fieri putantur. Vt in illo naufragio:cuiuſmodi hoc fuiſſe naufragium ſentiat: ipſe paulo poſt expoſuit.Vt ĩ icadio.icadius ſceuiſſimus pirata ut feſtus põpe. inqt:qui cum in ſpeluncã ſe quãdam recepiſſet ſaxo de rupe excidente extinctus ẽ. Vt in daphyta.daphytas cũ eius ſtudii eſſet cuius ꝓfeſſores ſophyſtæ uocãtur:ut ualerii maximi uerba referam: inæptæ:& mordacis opiniõis apollinem delphis irridẽdi cauſa cõſuluit: an equũ ĩuenire poſſet cũ omnino nullũ habuiſſet cuius ex oraculo reddita uox ẽ iuẽturum equũ: ſed ut eo ꝑturbatus periret. Inde cũ iocabundus quaſi deluſa ſacrarũ ſortiũ fide reuerteret̃ incidit ĩ regẽ atalum ſæpenumero a ſe cõtumelioſis dictis abſentẽ laceſſitũ:eiuſq; iuſſu ſaxo cui nomẽ erat æq ꝑcipitatus ad deos uſq; cauillãdos demẽtis aĩ iuſta ſupplicia pepẽdit.

naturæ contagio ualeret. quam ego non tollo: uis eſt nulla fatalis.In aliis autem fortuita quædam eſſe poſſunt. Vt in illo naufragio:ut in icadio. Vt in daphyta. quædam etiam poſidonius. pace magiſtri dixerim:comminiſci uidetur:ſunt inquam abſurda.quid enim ſi daphytæ fatum ita fuit de equo cadere atque ita perire: ex hoc ne equo:qui cum equus non eſſet nomen habebat alienũ aut philippus haſce ĩ capulo quadrigulas uitare monebatur. quaſi uero capulo ſit occiſus:quid autem hoc magnam ut naufragum illũ ſine nomine eſſe in riuo lapſum. quanquam huic: quid enim ſcribit hoc prædictum in aqua eſſe pereundũ ne hercule & icadii prædonis quidẽ uideo fatum ullum. Nihil enim ſcribit ei prædictũ: quid mirum igitur ex ſpelunca ſaxum in crura eius incidiſſe.puto enim ſi icadius tum in ſpelunca non fuiſſet ſaxum tamen illud caſurum fuiſſe:nam aut omnino nihil eſt fortuitum: aut hoc ipſum potuit euenire fortuna. Quæro igitur atque hoc late patebit ſi fati omnino: nullum nomen:nulla natura: nulla uis eſſet:& forte temere. Caſu aut plæraque fierent: aut omnia num aliter: ac

Pace magiſtri.zenonis. Cõminiſci cõfigere unde commentus.Plautus. fac ſis cõmentus. .i.memineris & cõmenticius ideſt ficticius.& cõmentarius ſiue cõmentarium. Qui cum equus non eſſet animal ſed montis propriũ. Aut philippus haſce in capulo quadrigulas uitare moneat̃.oraculo ut ualerius inqt maximus macedonũ rex philippus admonitus ut a quadrigæ uiolentia ſalutẽ ſuã cuſtodiret: toto regno diſiũgi currus iuſſit.eũq; locũ:qui ĩ boetia quadriga uocat̃ ſemper uitauit:nec tamen denunciatum periculi genus effugit.nã pauſonias in capulo gladii:quo eum occidit quadrigã habuit celatam. In capulo. capulum manubrium dicit̃ & pheretrũ:unde ſenex capularis qui iam ita decrepitus ut in pheretro capiendus uideatur. Sine nomine:quoniã ſi lapſus in flumẽ occubuerat nõ proprie feciſſe naufragium dici potuit. Quid eni ſcribit? ſubaudi poſidonius. Quid eni ſcribit hoc predictum in aqua eſſe pereundum.i.quidnã ſcribit igitur ĩ aqua eẽ pereundũ ſi non ita enunciatũ ſed quod naufragium facturus erat. Ex ſpelunca ubi diliterat:dicitur & ſpeleũ:ſed apud poetas.græcũ enim eſt uerbũ.& ſpecus & ſpecu genere maſculino:fœminino & hæc poſtrema terminatio neutro tãtum genere qđ ẽt græci tũ σπέος tũ σπήλαιον dicũt.Aut nihil omnino ẽ fortuitũ. qđ temere & ſine cã dicimus euenire. Aut hoc ipm potuit euenire fortuna.potuit quidẽ euenire fortuna.i. temere: ſed cũ plectẽda icadii piratæ uiderent̃ facinora.potuit etiã id fato eueniſſe ut ſupra oſtẽdimus.ſane fors quod a fortuna ipa dea dicebat̃ uelut ipſe de diuinatõe.qd eſt eni aliud fors q̃ fortuna? quid caſus? quid euẽtus? niſi cũ ſic aliquid cecidit:ſic euenit:ut uel aliter cadere:atq; euenire potuerit:& rurſum qd eſt tãdẽ quod caſu fieri: aut forte fortuna putemus? nihil enim tam contrarium rationi:& conſtantiæ q̃ fortuna: ut mihi ne in deum quidem cadere uideatur:ut ſciat quid caſu fortuitoue futurum ſit:ſi enim ſcit:certe illud eminet.ſin certe eueniet nulla eſt fortuna.rerum igitur fortuitarum nulla eſt præſenſio:immo equidem apud deum rerum omnium præſenſio eſt.nec quicquã ipſum poteſt fallere: ſed ideo fortuitu dicimus aliquid eueniſſe: quod cur ita eueniret nulla fuit neceſſitatis cauſa.non enim omne quod futurũ eſt:neceſſario eſt futurũ nempe quis me nunc ſcribere cõpellit? aut uetat deſinere:ſiue ſim adhuc ſcripturus aut deſiturus neutrũ cogor facere. Cum uero alterũ feci non poſſum dici coactus effeciſſe:non tamen hoc a me etiam factũ forte fortuna dici põt: ſed quod ita uoluerim: qꝫ ſi extrinſecus aliqua cauſa immineat que id me facere prohibeat tum aut fortuna aut fato factum dici poteſt:queadmodũ ſupra abunde diſſeruimus. Quæro igitur:atq; hoc late patebit:ſi fati omnino nullũ nomẽ:nulla natura:nulla uis eſſet:& forte temere:caſu aut plæraque fierẽt:aut omnia nunc aliter:ac nunc eueniunt euenirent:ſi uis fati ulla nũc eſt non eſt dubitandũ quin aliter a fato aliter a fortuna & caſu eueniat alioqui nullum inter hæc eſſet diſcrimen:itaque ſi fortuna: & caſu omnia fiant longe ſecus fieri q̃ fato neceſſe eſt: quod ſi datur nunc alia fato:alia fortuna euenire:& detur in poſterum hæc immutatum iri ut fortuna omnia eueniant fati cauſas extingui oportebit:quod ſi ita ſit mundi quoque machinam neceſſe erit immutari quæ

ut Ariſtoteles acutiſſime arguit.ita ab optimo maximo deo fabricata eſt:ut exigua etiam ipſius parte diminuta totam collabi neceſſe ſir ita pars parti hæret: ita altera ídiget alrera:ur id euenire opus ſit.quid ergo dicere attinet ſi non fato:ſed remere omnia eueniant non aliter euentura ac eueniant? Longe enim ſecus poſſunt euenire.hæc ſolus nouit deus q hæc conſtituit:num ſecus ſint euentura an nõ ſed quæ & quare euenire fato:& alia & alia fortuna cõtendamus iam a prícipio ſatis ut opinor oſtẽdimus. Cum bona gratia dimittamus.cuius a nobis exploſa ſententia eſt. In aliis eſſe pituitoſos:chatarrus a græcis a latinis uero pituita nominatur: ut ueterum quorundam uoluit opinio:pituita quod petat uitam dicta. Redũdantes.noxio humore ſuperfluentes

nunc eueniunt.euenirẽt? quid ergo attinet ículcare fatum? Cum ſine fato ratio omniũ rerũ ad naturam ſottunãue referatur.ſed poſidonium ſicut æquum ẽ cum bona gratia dimittamus. Ad chriſippi laqueos reuertamur.Cui primum quidẽ de ipſa rerum cótagione reſpõdeamus: reliqua poſtea perſequemur. Inter locorũ naturas quãtum íterſit uideamus:alios eẽ ſalubres:alios peſtilẽtes: in aliis eẽ pituitoſos:& quaſi redũdãtes:í aliis exiccatos.atq; aridos:multa q; ſunt alia: quæ íter locum & locum plurimum differant.athenis tenue cœlũ:ex quo etiam acutiores putatur attici: craſſum thebis:itaq; pingues thebani:& ualẽtes:tum neq; illud tenue cœlum efficiet ut aut zenonẽ qs aut archeſylam:aut theophraſtum nõ audiat: neq; craſſum ut nemea potiuſquã iſthmo uictoriã petat.diſiunge longius:quid enim loci natura aſferte põt ut in porticu pẽpei:potiuſquã in campo ambulemus? tecũ quã cũ alio? idibus potiuſquã calendis? ut igitur ad quaſdã res naturas loci pertinet aliquid ad quaſdam autem nihil: ſic aſtrorũ ualeat affectio:ſi uis ad quaſdã res ad omnes certe non ualebit.at ení quoniã in naturis hominum diſſimilitudines ſunt ut alios dulcia alios ſubamara delectent.alii libidinoſi:alii iracũdi: aut crudeles:aut ſuperbi ſint:alii talibus uitiis abhorreant. quoniã igitur inquit tantum natura a natura diſtat:quid mirum eſt has diſſimilitudines ex differentibus cauſis eẽ factas? Hæc diſſerens qua de re agatur:& in quo caſu conſiſtat non uidet:non eni ſi alii ad alia propenſiores ſunt propter cauſas naturales & antecedentes: nam tum nihil eſſet in noſtra poteſtate ſi res ita haberet: nũc uero fatemur acuti:hebeteſue ualẽtes imbecilliue ſimus nõ eſſe id in nobis quod autem ex eo cogi putat ne ut ſedeamus quidem:aut ambulemus uoluntatis eſſe is non uidet quæ quamq; rem res conſequatur:ut enim & ingenioſi & tardi ita naſcant̃ anteceden-

Athenis tenue cœlum.penetrabilẽ aerem.dicitur enim cœlum aliquando aer.lucretius.quæ generantur in hoc cœlo qui dicitur aer. Acutiores putant̃ attici.íuentione prõptiores. Pingues thebani.ígenio craſſi. Et ualentes.corporis mole robuſtiores

Tũ neq; illud tenue cœlum efficiet ut aut zenonẽ quis.zenonẽ cittiea dicit̃ ex cypro.nam cũ octo fuerint zenones hic præſtãtiſſimus habitus ẽ:& ne aliorum quidẽ ullus fuit athenienſis. Aut archeſylã:qui pytaneus ex eolide primus mediam íuexit academiam. Aut rheophraſtum:qui ereſius fuit: leucippi platonis & poſtremo ariſtotelis diſcipulus fuit: ſed nemo íquit cicero quod nullus horũ fuerit atheniẽſis ípos audire recuſauit. Neq; craſſũ ut nemea potiuſq̃ iſthmo uictoriam petat:quattuor í græcia fuere olim celebrara certamina:ioui apollini:palæmõi: & archemoro:unde illud epigramma.

τεσσαρεσ οισιν αγωνεσ εν ελλαδα παντεσ αγανοι
οι δυο μεν θνητων οι δυο δαθανατων ζηνος λη-
τοιδαο παλαιμονοσ αρχεμοροιο
αθλα δε των κοτινοσ μηλα σελινα πιτυσ

ſunt autem qui exiſtimẽt ioui qdẽ olympia:& apollini pythia ſicut cæteri dicata fuiſſe: ſed neptunno iſthmia:& herculi nemea ur uerſus illi indicant.

ζηνι μεν οι πισαται κοτινον και ολυμπια θεντο
και πυθιοισ μετα τουσ δε τα πυτια μηλα τε φοιβο
ισθμια και πιτυν αυτε κοριντιοι εννοσ ιγαιο
και νεμεα νεμεα τω ηρακλει η δε σελινα

Apparet ãt í iſthmo tenuiorẽ fuiſſe aerẽ:craſſiorẽ uero í nemea ſilua ac p hoc nemeatas corpore robuſtiores fuiſſe. Vr í porticu põpei potiuſq̃ in campo ambulemus:diſiũge íquit longius ut loci natura nihil ad fatũ cõferre uideat̃: qd ſit quod alio nobis í loco potiuſq̃ alio nobis ambulare nobis libeat. In cãpo.ſubaudi martio. Idibus:potiuſq̃ kalẽdis.idus ab eo qđ thuſci itus.ut íqt Var.uel potius ſabini idus dicũt:primi dies mẽſiũ noíati kalẽdæ ab eo q; his diebus calent̃ eius mẽſes:licet απο του καλειν.i. ab aduocando quidã deduci putauerit. Sic aſtroꝝ ualeat affectio quã græci.διαθεσιν uocãt.nr̃i affectionẽ: quoniã igit̃ íqt:ſubaudi Chryſippus. Hæc diſſerẽs diſputãs. Propẽſiores:íclinatiores. Propter cãs naturales:& anrecedẽtes: ſubaudi ſũt.ẽ.n. αποκινον dictum:ur ſit tamẽ ítegrũ ſunt fato. Nõ eẽ id í nobis .i.optíõe nr̃a quoniã id a natura ípa propẽdet. Ex eo quod í oprõe nr̃a nõ ſit ut corpe ualidi aut íbecilli ſimus ut piter nõ ſit í nobis ut ſedeamus aut ſtemus qd a uolũrate pficiſcit̃ niſi tamen extríſecus uis aliq̃ aut ſtare aut ſedere nos phibeat.ſed hæc q̃lia ſint nos ſupra oſtẽdimus:uí qdẽ corpi & externis rebꝫ afferri poſſe:uoluntati nr̃æ nõ poſſe: ut pote liberæ & nulli obnoxiæ uiolẽtiæ. Cogi putar ur ſtoicus q omnia fato definit. Nõ uidet quæ quãq; rem res cõſequatur.quoniam: ut diximus: iudicium actio ſequitur: is qui omnia neceſſitati ſubiecit:aut certe uerborum cõſequentiã nõ cernit. Vt enim ingenioſi: hoc dicit.non ſi ingenioſum aut tardum eſſe in nobis non eſt:idcirco & ambulare & ſedere pariter non eſſe dici poteſt.

Principalibus cauſis.i.generalibus & omnibus īminentibus:quandoquidem id in uoluntate poſitum eſt.
Zophyrus phyſognomon:ideſt qui naturas hominum ex uultu:oculis:naribus:ore omnibuſq; totius cor/
poris membris cognoſcit:a phyſis:ideſt natura:& gnome ideſt cognitio perceptio.ſententia.unde & Ariſtote/
lis libellus eſt:& alter alberti alemani & adamantii cuius eminentiora præcepra nos in latinum cōuertimus:q;
de phyſognomia in ſcriptis ſunt ubi ex membris humanis naturam hominum uariam dinoſci uoluerunt.

Stupidum eſſe ſocratem dixit & bardum. bardum
inquit nonius marcellus eſt ut propria & ingenio tar
dum:nam græci.bardos rardos dicebant.Hom.ψι.
ideſt xxiiii.iliados. βάρδιστοι μεν γαρ οἱ εσαν καλ
λίτριχεσ ἵπποι.Idē ī eodē οἱ δὲ γαρ εὖ περὶ τερμα θ
αλὶ σεμεν αλλα τοὶ ἵπποι βάρδιστοι θεείν. Plau/
tus in perſa nimis tandē equidē pro barda & pro ru
ſtica reor habitam eē abs te.Inde apud Iuuenalē bar/
daicus iudex datur.ſane dicūt bardum græci per hy
perteſim pathos ab eo quod eſt bradys ideſt tardus:
& ſegnis ut ex homero licet nobis perſpicere qui in
octauo iliados inquit. ηπεδανοσ δε νυ τοι θέρα/
πων βραδεεσ δε τοι ἵπποι. Quod iugula: un/
de iugulo uerbū. Alcibiades athenienſis adoleſcēs
ſocratis diſcipulus:poſtea philoſophus. Dicitur ca
chinum ſuſtuliſſe.i.ſolutū riſum emiſiſſe.a græcis
eſt ſumptum uerbum.illi enim καγχάζομαι dicūt
quod nos cachinor. Ex naturalibus cauſis.magis
enim ſanguinei:q̄ melancholici uenerem affectant.
Studio.ſubaudi ea uitia amouendi. Diſciplina
morali philoſophia. Si uis & natura fati ex diuina
tionis ratione firmabitur.ideſt ex eo quod aſtrolo/
gus ita prædixerit. Etenim ſi eſt diuinatio quæli
bet natura.ideſt nil aliud q̄ quod natura efficit.legi/
tur & noſtra:ut ſit quam nos habemus quoniam &
apollo & cæteri dæmones etiam futura præcinue/
runt. A præceptis artis proficiſcitur ſicut aſtro/
logiæ:id tamen minime uerum eſt:nā & natura qua
dam quam anima plerunq; habet futura prædicun/
tur ut cæleſtibus fuerit cōiuncta corporibus: aut di
uina conceſſione permiſſum cuiuſmodi prophetæ.
& ſibyllæ: & hermes triſmegiſtus & multi præterea
alii:quin & aſtronomum quoque prophetē eē opor
tere multi dixere.non ergo diuinatio omnis noſtra
a præcepris artis proficiſcitur. Quæ dicūtur græ
ce.θεωρεύματα. ideſt quæ in rerum ſpeculatione &
corporum cæleſtium conſideratione poſita ſunt α
πο του θευρεῖσθαι.ideſt a ſpeculando. Nullo præ/
cepto.ordo eſt:non enī credo artifices nullo præce/
pto ante cæteros uerſari in ſuo munere.ſenſus ē.exi
ſtimo artificēs in ſuo quoſlibet officio aliquo præce
pto cæteros anteire. Aut eos qui diuinatione utā/
tur.ſubaudi nullo præcepto futura prædicere:ſi qui
dem omnis aſtrologia præceptis & ſpeculatione cō
ſtat:q̄q̄ ut diximus mens præſaga multi momēti ha
beri debeat. Luctatio.contentio certamen. Pu/
gnant hæc igitur inter ſe.ſi modo illud quod iā pro
poſitum eſt admittamus. Certum in fabio poni/
tur ut oriente canicula natus ſit. Hæc quoq; coniun
ctio ideſt hypothetica propoſitio de qua abunde ſu/
pra diximus. Eſt ex repugnantibus:quia ſi uerū ē
illud connexum.ſi fabius oriente canicula natus ē fa
bius in mari non morietur:illius connexi contrariū
eſt.atqui fabius oriente canicula natus eſt & fabius ī
mari morietur:quia illius conſequēs fuit.fabius aūt
oriente canicula natus eſt:ergo fabius ī mari nō mo/
rietur:hæc ergo propoſitio a loco ſumpta eſt qui ex

tibus cauſis.itemq; ualentes & ībecilli. Non ſequi
tur tamē ut & ſedere eos & ambulare. & rē agere
aliquam prīcipalibus cauſis deſinitū: & conſtitu
tum ſit.Stilponē megaritum philoſophum acutū
ſane hominem:& probatum temporibus illis ac/
cepimus. hunc ſcribunt ipſius familiares & ebrio
ſum & mulieroſū fuiſſe:neq; hoc ſcribunt uitupe
rantes:ſed potius ad laudē:uitioſam enim naturā
ab eo ſic domitam. & compreſſam eſſe doctrina:
ut nemo unquam uinolentum illum: nemo ī illo
libidinis ueſtigiū uiderit:quid ſocratem? nōne le/
gimus queādmodum notarit zophytus phyſo/
gnomon:qui ſe profitebatur hominū mores na/
turaſq; ex corpore:oculis:uultu:fronte:pnoſcere:
ſtupidum eē ſocratem dixit & bardum: quod iu/
gula concaua non haberet obſtructas eas partes
et obturatas eē dicebat: addidit etiā mulieroſum:
in quo alcibiades dicitur:achinum ſuſtuliſſe:ſed
hæc ex naturalibus cauſis uitia naſci poſſunt: ex/
tirpari autem & funditus tolli:ut is ipſe qui ad ea
propenſus fuerit a tantis uitiis auocetur. nō eſt id
poſitū in naturalibus cauſis:ſed in uoluntate ſtu/
dio:diſciplina.qua tolluntur omnia:ſi uis & natu
ra fati ex diuinatōis rōne firmabitur:& enim ſi eſt
diuinatio quælibet natura a præceptis artis pro/
ficiſcitur.præcepta appelo:quæ dicuntur græce
θεωρήματα.non enī credo nullo præcepto ante
cæteros artifices uerſari in ſuo munere: aut eos q
diuinatione utantur futura prædicere. Sūt igitur
aſtrologorū præcepta huiuſmodi.ſi qs uerbi cau
ſa oriēte canicula natus eſt:in mari nō morietur.
Vigila chryſippe ne tuā cauſam in qua tibi cum
diodoto ualente dialectico magna luctatio ē: de
feras.ſi enim eſt uerū quod ita cōnectitur: ſi quis
oriente canicula natus eſt in mari non moriet̄:il/
lud quoq; uerum eſt.ſi fabius oriente canicula na
tus ē fabius ī mari nō moriet̄. pugnant igit̄ hæc
īter ſe.fabium oriēte canicula natū & fabiū in ma
ri moriturū eſſe:& quoniā certum in fabio poni/
tur natum eſſe eum canicula oriente: hæc quoq;
pugnant & eſſe fabium & in mari eē moriturum.
ergo hæc quoq; cōiunctio eſt ex repugnantibus:

repugnantibus dicitur de quo in topicis Ciceronis quæ dicere attinebat protulimus. Ex eo genere eſt quod fieri non poteſt: ideſt αδιγατων quæ neoterici poſſibilia uocant. Vt propoſitum eſt. ut pro conceſſo in ea propoſitione poſitum. Omne ergo quod ſalſum dicitur in futuro id fieri non poteſt. ſenſus eſt. ſi quiſquis uerbi cauſa natus eſt oriente canicula is in mari mori non poteſt: quod idem cæteris in rebus ualet ſequitur ut quicquid falſum uel uerum dicatur in futuro id fieri non poſſit: ſed hic reſpondendum quod merito peripatetici aſſerunt non omne quod falſum ſit id impoſſibile eſſe ſiue in futuro ſiue in præſenti ita ſit: nam ſi me dicas ſtare qui ſedeo falſum eſt: non tamen: ut etiam beatus Thomas in Ariſtotelis librum pri-

& eſt fabius & in mari fabius morietur. quod ut propoſitum eſt ne fieri quidem poteſt. ergo illud morietur in mari fabius: ex eo genere eſt quod fieri non poteſt. omne ergo quod falſum dicitur in futuro id fieri non poteſt. At hoc chryſippe minime uis maximeque tibi de hoc ipſo cum diodoro certamen eſt. Ille enim id ſolū fieri poſſe dicit: quod aut ſit uerum: aut futurum ſit uerum: & quicquid futurum ſit id fieri neceſſe eſſe: & quicquid non ſit futurum id negat fieri poſſe: tu etiam quæ non ſunt futura poſſe fieri dicis: ut frangi gemmam hanc etiam ſi id nunquam futurum ſit: neque neceſſe fuiſſe cypſellum regnate corinthi: quãquam id mileſimo ante anno apollinis oraculo editum eſſet. at ſi iſta comprobabis diuina prædicta & quæ falſa in futuris dicuntur: in his habemus ut ea fieri non poſſint ut ſi dicatur africanum carthaginem potiturum & ſi uere dicatur de futuro idque ita futurum ſit dicas eſſe neceſſarium: quæ ē tota diodori uobis inimica ſnīa: & enī ſi illud uere cōnectit̃ ſi oriē te canicula natus ē ī mari nō moriet̃: primūq; qđ ē ī cōnexo natus

mum de cœlo & mundo inquit: impoſſibile eſt itidē: quia futurum eſt ut hinc ad horam hunc anulum non confringam non ideo tamen impoſſibile eſt. at quod tria & quattuor conficiant octo non falſum modo eſt: ſed etiam impoſſibile. falſum itaque aliquid in futuro dici poteſt: quod tamen fieri potuit: idq; præcipue ſi humana uolūtas acceſſerit: nam ſicut nauis uēto acta ī ſcopulis colliſa foret niſi gubernatoris ſollertia ſubueniſſet: ita humana corpora a corporibus acta cæleſtibus multa ſubitura eēnt pericula niſi ratio ſuccurriſſet. proinde ſi quis oriēte canicula in mari mori nō debuit qđ corpora cæleſtia quæ corpori nō etiam rationi dominantur: alioqui cum ſedeo exurgere non poſſum quod ridiculum eſt: talem uideantur habere affectionem: & ita etiam affectus commouere. uide quid concedam ut aquas nullas ingredi uelit: poteſt tamē accidere ut uoluntas & ratio ſicut affectus plærunque obtundit & ſibi ſubiicit eo ira corpus immittat ut periclitari fortuna ita aduerſante neceſſe ſit. Et quicquid non ſit futurum id negat fieri poſſe. ſed fallitur Diodorus ut iam oſtendimus. Neque neceſſe fuiſſe cypſellum regnare corinthi. de cypſello hæc apud Herodotum legimus. Cum ciuitas corinthiorum paucorum potentia teneretur. qui bacchiadæ nominabantur. hi inter ſe & dabant: & accipiebant uxores. amphioni igitur uni ex horum numero filia naſcitur nomine Labda: quæ cum claudicaret & bacchiadatū nemo uxorem ſibi uellet: eætioni cuidam echeratei deſpondetur: iſque ex petrea tribu oriundus erat: ſed ea res laphitas: & cenidas latuerat. is igitur cum neque ex uxore neque ex alia filios haberet delphos petit: Cui apollo. Eætion quãuis longe es digniſſimus: at te Vitio pro meritum tamen eſt non nulla ſecuta. Labda quidem nocuum gignet parietque tyrannos Qui cadet in ſcæuos iudex tum deinde corīthi. Quæ reſponſa ubi bacchiadis nunciata ſunt: licet antea eſſent prædicta: tamen exciderant: deinde aliud reſponſum fuit. En aquila in petris gignet fortemque leonem Ac ſcæuum pariet genua & compluria ſoluet Talia uobiſcum iam nunc uerſate corīthi. Qui colitis pulchram pyrthenen: altamque corinthon. His exciti bacchiadæ partum ex eætione ſi quod oriatur interficere decernunt: nec mora decem eliguntur: quibus id negocium demãdatur: ac iureiurando adiguntur. Coniurati ubi eætioni natum eſſe intelligunt domum ingrediuntur: Læta mater talium aduentu uirorum ob patris beniuolentiam accurrit ilico: & infantem abſente uiro porrigit uni. Conuenerant autem ut qui primus ſuſtuliſſet is illum parieti illideret aut terræ: ſed euenit ut primo īfans arrideret eum ſuſpiciens: qui miſeratus ſecundo tradidit: is inde tertio: & ſic deinceps: qui omnes miſericordia moti ei ignouere: & matri infantem reddidere: ſed inter eundum adhuc immutati regrediuntur: ubi rem mulier intelligit, propere aduolans puerum in aluearibus recondit ſibi perſuadens ſi redeant ſubuerſuros omnia. regreſſi cum nuſquam eum inueniunt: domum redeunt ſe negocium confeciſſe dicentes. Infante per hunc modum liberato ad locum ubi latuerat cypſelli nomen habuit. is demum cum ſacrificaret oraculi ſorte corīthiorum imperium obtinuit. Fœlix ille meas qui nunc aſcendit in ædes Cypſellus eætides celebris rex ipſe corinthi: Ipſe quidem & nati: at non qui naſcentur ab illis. Talis itaque uir regno potitus graui in ciues tyrannide ſæuiens ad duos ac triginta: quibus regnauit: annos corinthiorum alios urbe ſummouit: alios pecuniis mulctauit: plures interfecit. qui decedens periãdro filio reliquit imperium: quod ad tertium uſque hæredem peruenit: ut autor eſt Strabo. Diuina prædicta. quæ futura antequã euenerint ſignificauerunt. Eque ſalſa in futuris dicuntur. ideſt quæ minime futura ſunt falſumque ſit ſi quis ea futura dicat. In his habemus. ideſt pro certo tenemus. Vt ea fieri non poſſint hoc eſt ut facta ſint impoſſibilia. Dicas eſſe neceſſarium. non neceſſarium ſed contingens eſt: quoniam aliter potuit accidiſſe. Primum quod eſt in connexo. ideſt in hypothetica oratione. Natus eſt oriente canicula neceſſarium eſt. poſtea q̃ eſt: eſſe neceſſe eſt: ſed tamen ne hoc quidem neceſſarium: ſed contingens

ſi quidem potuit non naſci oriente canicula:non enim neceſſitatis ullæ fortaſſis anteceſſerunt cauſæ non magis q̄ quod ipſe nunc ſcribam:illi enim neceſſaria ducimus appellanda ſicut ſupra præfati ſumus quæ a cauſis emanant neceſſariis ut mori quod natum eſt corpus ex principiis naturalibus hoc eſt elemētis. Vt chryſippo placet: ac ſi dicat qd' nos non utiq; admitrimus. Quia ſunt immutabilia hoc pacto:& qui intuletit cuipiam iniuriā neceſſario ſe intuliſſe dici poterit:iam ſæpius oſtendimus q̄ ut iterandum uideatur immutabile omne non eſſe neceſſarium. hæc itaque ſunt etiam huiuſmodi. Fit etiam quod conſequitur neceſſarium. ſi propoſitio ſit uera aut neceſſaria:id quoq; erit uerum aut neceſſarium: ſed ſi rem ipſam inſpiciamus ne id quidem uerum eſt:nam ſi ortum oriente canicula Fabiū ideo neceſſariū putes:quia præterita ſint ut tu uis neceſſaria oia quod immutabilia ſint ac iſecta fieri non poſſint:ita futura quia futura ſūt:ut ſæpe iam diximus nō, de omnibus futuris idem dici poteſt ſi quidem multa a nobis fient quæ potuerunt euitari quo minus fierent. itaq; hoc cōfirmatur quaſi natum Fabium oriente canicula infantem uel uirum aliquis ſi uoluerit in mare præcipitem agere nō potuerit. quod ſi nemo id poſſit non uidetur cur etiam magis alia quædam poſſit ut ſedere & ambulare ut nō poſſit quiſquam aliqua niſi quæ neceſſitas imperarit. ut rurſum in illud recidamus nullum eſſe peccatum quoniam liberæ noſtræ nō ſint actiones atq; uolūtates:ſed liberas eē iam a pricipio oſtēdimus uolūtates. liberæ ergo etiā & actiōes:ut oſtēſū ē. Quāq̄ chryſippo hæc nō uidentur ualere in omnibus:ut

eſt oriente canicula neceſſarium eſt. omnia enim uera in præteritis neceſſaria ſunt:ut chryſippo placet diſſentienti a magiſtro cleāthe: quia ſunt immutabilia nec in falſum e uero prætetita poſſunt conuerti. ſi igitur quod primum in eo connexo eſt neceſſarium eſt: fit etiam quod conſequitur neceſſatiū: quāquam hæc chtyſippo non uidentur ualere in omnibus: ſed tamen ſi naturalis eſt cauſa cur in mari fabius non moriatur: in mari fabius moti nō poteſt. hoc loco chryſippus æſtuans falli ſpetat chaldæos cæteroſque diuinos: neq; eos uſuros eſſe coniunctionibus ut ita ſua precepta pronuncient: ſi quis natus eſt oriente canicula: is in mari nō morietur: ſed potius ita dicant: non & natus eſt quis oriente canicula & is in mari motietur. O licētiam iocularem. ne ipſe incidat in diodorum docet chaldæos quo pacto eos exponete præcepta oporteat. quæro enim ſi chaldæi ita loquantur ut negationes infinitarum cōiunctionum potiuſquā infinita connexa ponant. cur idem medici: cur geometres: cur reliqui facere non poſſunt. Medicus in primis quod erit ei perſpectum in arte non ita proponet: ſi cui uenæ ſic mouentur is habet febrem & is febrem non habet. Itemque geomettes non ita dicet ſi in ſphæra maximi orbes medii inter ſe diuiduntur: ſed potius illo modo nō

neceſſitas neceſſitatem conſequatur:quoniam poteſt neceſſitas alia aliam impedire. Sed ſi naturalis eſt cauſa. ut elementa ita affecta ſint aut humores in corpore ita corrupti uel nō corrupti:neceſſario ſequitur quicquid natura inuexetit:ſed ſi naturalis eſt cauſa inquit:ideſt ſi aſtra ita portendant:uerū tamē corpus non animus cohiberi poterit. q; ſi uehementer etiam aſtrorum ſint impulſus:nulla tamen eſt neceſitas quin uoluntas ſecus poſſit efficere. Vſuros eſſe coniunctionibus. ideſt coniunctis enunciationibus. Ne incidat in diodorū:ne a diodoro refellatur. Quæro enim ſi chaldæi. ideſt mathematici:ut Strabo in duodecimo. qui nūc chaldæi inquit olim chalybes:qui antea halybes dicebantur:apud quos eſt pharnacia:& rurſus in ſextodecimo. apud idos gymnoſophiſtæ. apud perſas magi:& necromantici & qui dicuntur leuconomantes:& hydromātes ideſt in aqua diuinātes:apud aſſyrios chaldæi. apud romanos tyrrheni temporum coniectores:ideſt horoſcopi. talis fuit & moſes & eius ſucceſſores. Vt negationes infinitarum coniunctionum. ideſt enūciationūquæ definitas non ſignificent perſonas. Infinita connexa ut propoſitum eſt ſi quis natus eſt oriente canicula is in mari non morietur infinitam enim perſonam indicat quod ita connectitur. Cur reliqui facere non poſſunt. ne ipſe quidem chryſippus prohibet. Si cui uenæ ſic mouentur. quoniam ex earum motu cordis temperamentum & diſtemperamentum nouerunt medici. Si in ſpera maximi orbes medii inter ſe diuiduntur. ſignificationes quædā in ſperæ circūductione orbes ſiue circuli ab aſtrologis nominantur. ſpæra autem dempta aſpiratione more æolico latine globus dicitur. circuli igitur omnes ſunt decem. eorum uero alii minores:alii maiores appellantur: minores dicuntur qui ſpæram ambientes eam in partes duas diuidunt inæquales ſuper ſpæræ centrū inuecti: maiores uero qui circum ſpætæ centrum inuecti eam diuidunt in partis duas æquales. minores itaque circuli de quibus hic loqui nihil attinet ſunt quatuor: maiores autem ſunt ſex quorum unus equinoctialis a quibuſdam: ab aliis æquidialis: quod græcæ dicat̄ iſmerinus: appellatur. hic igitur orbis equinoctials æque ab utroq; polo diſtat: ideo autem æquinoctialis uel equidialis appellatur: quoniam cum per eum ſol tranſit quod ſingulis annis bis facit: in principio arietis & libræ rum dies ac noctes ſint æquales per omnem terram. alter orbis uoce græca zodiacus dici ſolet: qui diuidit medium æquinoctialē & ab eo medius diuiditur: cuius ltera medietas ad ſeptētrionem uergit: altera uero ad meridiem: dicitur etiam græce λοξιασ. ideſt obliquus in quo ſecundū acceſſum ac receſſum ſolis omnes tum generationes: tum corruptiones fiūt. Tertio duo ſunt alii maximi circuli coluri appellati: qui ſolſtitia & æquinoctialia media diuidunt & ab eis diuidunt̄ per polos tranſuntes mundi & zodiaci & per maximas ſolis declinationes ideſt per cancri: & capricorni primos gradus: quintus circulus maximus dicitur meridianus: qui ubicunq; quiſq̄ fuerit quouis anni tempore cum ſol ad meridiē peruenit ei meridiē facit.

ſextus maximus circulus orizon dictus qui terminat ea quæ perſpici:aut uideri non poſſunt.hic autem ĩcerta ratione deſinitur:nam aliis atq aliis terræ partibus adiectus prouidetur ita ut ſpæra fuerit collocata:nec minus hi poſtremo loco poſiti orbes alios diuidunt medios & ab eiſdem diuiduntur. Multa ſunt genera enunciandi:ita ſcilicet & cum enunciationum:aliæ quidem ſimplices:aliæ uero ut ſupra oſtendimus compoſitæ ſint.cõpoſitarum:de quibus hic mentio fit:uinculo oriuntur ſyllogiſmi :qui hypothetici nominantur:quorum genera ſiue ut nunc loquimur modi ſunt ſeptem.Primus modus eſt quotiens quod in cõnexa enunciatione proponitur:ita aſſumitur ut quod conſequatur ex duabus conſtet affirmationibus hoc modo.ſi dies eſt.lux eſt.atqui

**& ſunt in ſpæra maximi orbes:& hi nõ medii iter ſe diuidunt quid eſt quod non poſſit iſto modo ex connexo tranſferri ad coniunctionum negationem:& quidem aliis modis eaſdem res efferre poſſumus.modo dixi in ſpæra maximi orbes medii inter ſe diuiduntur. poſſum dicere:ſi in ſpæra maximi orbes erunt.poſſum dicere quia in ſpæra maximi orbes erunt:multa ſunt genera enunciandi:nec ullum diſtortius q̃ hoc quo chryſippus ſperat chaldæos contentos ſtoicorum cauſa fore:illorum tamen nemo ita loquitur:maius eſt enim has cõtortiones orationis q̃ ſignorum ortus:obituſq perdi-**

dies eſt.lux igitur eſt.ex duabus negationibus.ſi lux non eſt dies non eſt:ſed lux non eſt:dies igitur nõ eſt.ex affirmatione & negatione.ſi dies eſt:nox non eſt:ſed dies eſt:nox igitur nõ eſt:ex negatione & affirmatiõe.ſi nox non eſt dies eſt:ſed nox nõ eſt dies igitur eſt.Secũdus modus eſt quotiens in cõnexa enunciatione ad ſyllogiſmum ita aſſumit ut id quod primum eſt auferat ex duabus affirmationibus hoc modo:ſi dies eſt lux eſt:ſed lux non eſt.dies igitur non eſt.ex duabus negationibus:ſi lux non eſt dies nõ eſt:ſed dies eſt.lux igitur eſt .ex affirmatione & negatione ſi dies eſt:nox non eſt:atqui nox eſt.dies igitur nõ eſt:ex negatione & affirmatione.ſi nox nõ eſt dies eſt.ſed dies non eſt.nox igitur eſt.Tertius modus eſt cum connexæ enunciationis partes ex affirmationibus coniunctæ negatione diuiduntur:totique enunciationi rurſus negatio adiungitur.quod genus enunciationis græce υπερ αποφατικόν appellatur aſſumiturque quod prius eſt in enunciatione:ut ex contrario concludatur ab eo quod in propoſitione prolatum fuerat hoc modo.non ſi dies eſt lux nõ eſt:atqui dies eſt.lux igitur eſt.hic ergo poſito quod præcedebat ideſt eſſe diem:euerſum eſt quod ſequebatur:ideſt non eſſe lucẽ:quod negantiam euertat affirmatio:uel cum connexæ enunciationes ex negantiis iunctæ:ſecundæ parti negantia demitur totaque enunciatio abnegatur præpoſita priori enunciationis parti negantia interimit quod ſubſequitur hoc modo ſit enunciatio.ſi non eſt lux dies non eſt.fiat repugnans ita :ſi nõ eſt lux eſt dies. huic negantiam præponamus ut fiat uera hoc modo non ſi lux non eſt dies eſt:atqui lux non eſt:dies igitur non eſt.Aut ſi connexæ enunciationis ex negantia & affirmatione compoſitæ:uelut ſi dies non eſt nox eſt ſecundæ parti negantia iungatur:ut ſit ſi dies non eſt nox non eſt.ſit repugnãs eaque porro abnegetur ut ſit uera hoc pacto:non ſi dies non eſt nox non eſt:atqui dies non eſt:nox igitur eſt.Aut ſi in eadem enunciatione quæ ex negantia atque affirmatione copulata eſt:quæ eſt ſi dies non eſt nox eſt.priori parti negantia ſubtrahatur ſiet repugnans hoc modo ſi dies eſt nox eſt.ponaturque quod primum eſt ut id quod ſequatur auferatur hoc modo.non ſi dies eſt nox eſt:atqui dies eſt nox igitur non eſt.Aut ſi connexæ enunciationis ex affirmatione & negatione copulatæ uelut ſi uigilat nõ ſtertit.poſteriori parti negantia dematur ut ſit:ſi uigilat ſtertit.ſit repugnans:totaque porro abnegetur ut fiat uera hoc modo.non ſi uigilat ſtertit.poſitoque priore id quod ſequitur ĩterimatur hoc modo:nõ ſi uigilat ſtertit:atqui uigilat non ſtertit igitur.hæc omnia in tertio eſſe genere ſiue modo facile intelliguntur:quæque ex repugnantibus fiunt:ubi ſemper id quod antecedit ponitur:ut id quod ſequitur auferatur:ipſo etiã in topicis memorante Cicerone.Quartus uero modus eſt cum diſiunctiua enunciatione primum ponitur:ut auferatur ſecundum hoc modo:aut dies eſt.aut nox eſt:atqui dies eſt nox igitur non eſt.Quintus modus eſt quotiens in diſiunctiua enunciatione aufertur quod prius eſt ut ponatur ſecundum hoc modo:aut dies eſt:aut nox eſt.non eſt autem dies.nox igitur eſt.Sextus modus eſt cum in his rebus quæ in diſiunctionẽ uenire poſſunt.ideſt contrariis uel repugnantibus medietate carentibus negantia præponitur & copulatiuæ coniunctiones adiunguntur. poniturque quod eſt primum:ut id quod ſequitur auferatur hoc modo:non eſt dies & nox eſt.dies autem eſt. nox igitur non eſt.Septimus modus cum in eadem enunciatione aufertur quod præcedit negantia:ut ponatur id quod ſequitur hoc modo.non eſt dies & nox eſt.atqui dies non eſt.nox igitur eſt.cum ergo ĩquit chryſippus non & natus eſt quis oriente canicula & is in mari non morietur.negat natum aliquem oriente canicula qui in mari non moriatur ne ſi ut diodorus ſentiebat præteritum omnino affirmet futurum quoque admittere neceſſe ſit. Nec ullum diſtortius.a communi conſuetudine loquendi remotius. Quo chryſippus ſperat chaldæos contentos ſtoicorum cauſa fore. uenuſta certe Ciceronis irriſio.hoc enim dicit.Sperat chryſippus contentos chaldæos fore ut ita loquantur quod ſtoicis id loquendi genus gratum fore intelligant. Illorum.ſubaudi chaldæorum. Maius eſt enim has contortiones orationis q̃ ſignorum ortus obituſq perdiſcere.hoc dicit.obſcurius erat futurum chaldæis ſtoicorum dialecticas obſeruare orationes q̃ ſtellarum ortus & occaſus perdiſcere.nec dubium quin per ſigna ſtellas omnes accipiat non eas modo quæ in plano ſunt:ſed etiam & erraticas.at certe res ita habet.nam qui inter cæteros eximii haberi dialectici uolunt ita loquuntur ut inſantiſſimi plane deprehendantur licet in dialectica omnem ætatem contriuerint:nam cum ad oſtendendã ueritatem & ſidem alicuius rei ſaciendam inuenta ſit dialectica:nullam ipſa hypotheſin per ſeſe habet:ſed aliũde ex omnibus ſibi aſſumit diſciplinis:iſti tamen ita in ea conſeneſcunt perdiſcenda quaſi cæteræ nõ ſint artes cognoſcendæ:& cũ oẽm

dialecticam orationem ſenſibus & uerbis conſtare neceſſe ſit & ſenſus quidem aliunde ex aliqua eruere diſcipli/
na:uerba autem a grammatica:ita propemodum loquuntur ut nec alicuius artis ſenſus iſignis appareat:ſed po
tius inanis quædam loquacitas ihorreſcat:orationes uero ſunt huiuſmodi ut præter ipſo eo pacto loquatur ne/
mo.iure itaque inquit Cicero maius eſſe has contortiones orationis q̃ ſignorum ortus obituſque perdiſcere.πε
ριδυνατον.ideſt de poſſibilibus quid ualeat id quod fieri poſſit.ideſt quo pacto poſſibile fieri accipiendum ſit.
Anquirit.ideſt circũquirit. Sic ſi diceretur morietur noctu in cubiculo ſuo ui oppreſſus Scipio:uere diceref:
mori Scipioni utpote ex naturalibus habens cauſis originem neceſſe fuit.nec enim immortalis eſſe potuit.at illo
ne modo ei moriendum fuerit
ambigi plane pōt:quoniã & fato
& fortuna id accidiſſe coniecta/
ri poteſt.ſane Cornelius Scipio q
carthaginē euertit ac ſolo æqua
uit cum aduerſus grachanas le/
ges dicere cõpelleretur:ſibi ple/
beios grauiter reddidit iſenſos:
ita cum i ueſpera ſe domum re/
cepiſſet tabula & pugillaribꝫ pa/
ratis qua nocte ſcripturus uide/
batur quæ populo recitarentur
in cubiculo ſuo lecto ſtratus ſi/
ne uulnere mortuus iuetus eſt:
ſiue corneliæ grachi inſidiis cir/
cũuentus ne leges grachanæ ſol
uerentur agrariæ:conſcia in his
etiam ſempronia eius ſilia quæ
ſcipioni nupta ob deſormem eũ
faciē non amabat:& ne ipſe qui/
dem eam ut marito par fuit dili
gebat:ſiue ipſe ſibi ut quibuſdã
uiſum eſt mortem conſciuerit:
quando quæ eſſet pollicitus nõ
poſſet tranſigere:ſunt etiam qui
dicãt ſeruos Scipionis in tormē
tis faſſos eſſe ab exteris quibuſ/
dam per noctem i Scipionis do
mo latitantibus oppreſſum ſug
gillatum eē nec auſos fuiſſe qui
necis eius in cauſa fuerat profer
re. Et ab atomis petat præſi/
dium:hoc eſt ſe a fati neceſſitate
defendere nõ poſſe uideatur:ni
ſi atomos in medium producat
atomi iſecabilia corpora dicuntur:unde & nomen habent ab a priuatoria particula & τεμνω ſeco.aiebat autem
epicurus ex atomis deſcendentibus e cœlo:omne corpus gigni:nec non animorum motus pacari & excitari ab
eiſdem.itaque quales eſſent atomi:tales humanos caſus fore & declinatione atomorum declinari:tum bona:tũ
mala:petit itaque præſidium ab atomis ne æternas fateatur eſſe cauſas. De uia deducat.quoniam ſi omnes
certa quadam uia deſcenderint neceſſitatem cauſarum inferre uideantur. Inenodabiles.inexplicabiles. Ex
quo exiſtet.unde apparebit ac fieri uidebitur. Vt de nihilo quippiam fiat.Cum omne corpus materia formaꝗ
conſtet. Quod nec ipſi.unde Lucretius in primo:qui epicuri dogma ſequitur.Nil igitur fieri de nihilo poſſe
fatendum eſt Semine quando opus eſt rebus:quo quæque creatæ:Aeris in teneras poſſenit proferrier auras.

Nec cuiquam phyſico placet.ideſt qui de rerum natura diſputet ſicut Ariſtoteles qui in phyſicis hoc idem do
cet. Duo indiuidua.ideſt atomi.Per inanitatem.ideſt per aera qui quod non cernatur ſicut aqua & terra ianis
uideatur:aut quod epicurus:ita eſſe ſibi perſuaſerit cum doceat in phyſicis Ariſtoteles & cæteri philoſophi Ari
ſtoteli aſtipulentur nuſquam eſſe inane. Alterum.ſubaudi indiuiduum corpus. E regione moueatur.ideſt
ex oppoſito atque contrario quod græci dicunt καταντικρυ Plato in timæo εισ κυκλωσ συναψασ αντιοισ.τε/
κατ αλληλοισ εν τω καταντικρυ τησ προσβολησ quem locum Cicero ita in latinum uertit:ut & ipſe ſecum
& inter ſe ex cõmiſſura:quæ e regione eſſet iungerentur:ſane e regione ſine.x.littera dicimus quod fere ſolet fie/
ri quotiens.r.ſequitur ut e repu.ideſt pro repu.e re mea e re tua e re noſtra:e renibus laborabat:hoc eſt morbum
in renibus patiebatur.& non ſequente r ut in uerrem Cicero quorum alterum fingere opinore cæra ſolitum eē
& alio pacto alibi ſimulacrum inquit præclare factum e marmore:quod ſi uocalis ſequatur tum x exprimi ſo/
let ut ex utilitate ex uſu pro eo quod eſt ad dignitatem uel uſum ex equo loqui uel pugnare quod eſt in equo ſe/

ſcere:ſed ad illam diodori contentionē quã περιδυνατον appel/
lãt reuertamur:in qua quid ualeat id quod fieri poſſit anquirit.pla/
cet ergo diodoro id ſolum fieri poſſe quod aut uerum ſit:aut uerum
futurum ſit:qui locus attingit hanc quæſtionem nihil fieri quod nõ
neceſſe fuerit:& quicquid fieri poſſit id aut eſſe iam:aut futuꝝ eſſe:
nec magis commutari ex ueris in falſa poſſe ea quæ futura ſũt qui/
dem q̃ ea quæ facta ſunt.ſed in factis immutabilitatem apparere
in futuris quibuſdam quia non apparent:ne in eſſe quidem uideri:
ut in eo qui mortifero morbo urgeatur uerum ſit hic morietur hoc
morbo:at hoc idem ſi uere dicatur in eo in quo tanta uis morbi nõ
appareat nihilominus futurum ſit.Ita ſicut commutatio ex uero in
falſum ne in futuro quidem ulla fieri poſſit.nam morietur ſcipio ta
lem uim habet ut quãquam de futuro dicatur:tamen id non poſſit
conuerti in falſum:de homine enim dicitur cui neceſſe eſt mori.ſic
ſi diceretur morietur noctu in cubiculo ſuo ui oppreſſus ſcipio ue/
re diceretur:id enim fore diceretur:quod eſſet futuꝝ:futurum autē
fuiſſe ex eo quia factum eſt intelligi debet:nec magis erat uerum
morietur Scipio q̃ morietur illo modo:nec minus neceſſe mori Sci
pioni quã illo modo mori:nec magis mutabile ex uero i falſum ne/
catus eſt Scipio quã necabitur Scipio.Nec cum hæc ita ſint eſt cau
ſa cur epicurus pertimeſcat fatum:& ab atomis petat præſidium
eaſque de uia deducat & uno tempore ſuſcipiat res duas inenoda/
biles:unã:ut ſine cauſa fiat aliquid ex quo exiſtet ut de nihilo quip/
piam fiat quod nec ipſi:nec cuiquam phyſico placet.alteram ut cũ
duo indiuidua per inanitatem ferantur alterum e regione moueatur

dentem loqui uel pugnare quod ſi.u.littera non uocalis ſed conſona ſit tum ex dicitur.ut ex uinculis cauſam di/
cere quod eſt ligatum reſpondere criminibus. Alterum declinet.deuitet alterius caſum:aut declinet de uia ſe/
cedat. Deſcendit in academiam.in differendi conſuetudinem platonicam:ut ſupra a nobis expoſitum eſt.
Carneades quem argutiſſimum in diſputando fuiſſe ferunt. Fortuito.ideſt quæ ſortuna non fati neceſſita
te anteceſſerunt. Cohibentes in ſe.complectentes. Efficientiam naturalem.ideſt quod naturalirer efficia/
tur. Morietur epicurus cum duos & ſeptuaginta annos uixerit archonte pytharato.Cum rriginta duorum
eſſet annorum epicurus primum mitylenæ & lampſaci docuit annis quinque;inde athenas migrauit ubi diem

alterum declinet: licet enim epicuro concedenti omne enuncia/
tum aut uerum:aut falſum eſſe non uereri ne omnia fato fieri ſit ne
ceſſe.non enim æternis cauſis naturæ neceſſitate manantibus ue/
rum eſt id quod ita enunciatur deſcēdit in academiam carneades:
nec tamen ſine cauſis:ſed intereſt inrer cauſas fortuito antegreſſas:
& inter cauſas cohibentes in ſe efficientiam naturalem:ita & ſem-
per uerum fuit:morietur epicurus cum duos & ſeptuaginta annos
uixerit archonte pytharato:neque tamen erāt cauſæ fatales cur ita
accideret:ſed quod ita accidiſſet certe cauſarum ſicut accidit fuit.
nec hi qui dicūt immutabilia eſſe quæ futura ſint nec poſſe uerum
futurum conuettere in falſum fati neceſſitatem confirmāt:ſed uer/
borum uim interpretantut:ac qui introducunt cauſarum ſeriem
ſempiternam hi mentem hominis uoluntate libera ſpoliatam ne/
ceſſitate fati deuincunt:ſed hæc hactenus:alia uideamus.Conclu/
dit enim chryſippus hoc modo ſi eſt motus ſine cauſa non omnis
enunciatio quod αξιωμα dialectici appellant:aut uera aut falſa
erit:cauſas enim efficientes quod non habebit id nec uerum nec fal
ſum erit:omnis autem enunciatio:aut uera aut falſa eſt.motus er/
go ſine cauſa nullus eſt:quod ſi ita eſt omnia quæ fiunt cauſis fiunr
antegreſſis:id ſi ita eſt:fato omnia fiunt:efficitᷣ ergo fato fieri quæ/
cunque fiant.Hic primum mihi ſi libeat aſſentiri epicuro:& nega/
re omnem enunciationem:aut ueram eſſe:aut falſam:eam plagam
potius accipiam quā fato omnia fieri comprobē.Illa enim ſenten/
tia aliquid habet diſputationis.Hæc uero non eſt tolerabilis. Itaq;
contēdit omnes neruos chryſippus ut perſuadeat omne αξιωμα
aut uerum eſſe aut falſum:ut enim epicurus ueretur ne ſi hoc con/
ceſſerit concedendum ſit omnia fato fieri quæcunque fiant ſi alte/
rum:ſi neutrum ex æternitate uerum ſit:eſſe id etiam certum:& ſi
certum:neceſſarium:ita & neceſſitatem & fatum confirmari purat
ſic chryſippus metuit:ne ſi non obtinuerit omne quod enuncietur
aut uerum eſſe:aut falſum omnia fato fieri poſſint & ex cauſis æter
nis rerum futurarum:ſed epicurus declinatione atomi uitari fati ne

obiit anno ſecūdo.c.xxvii.olym
piadis ſub pytharato cum ſeptu
aginta & duos uitæ compleſſet
annos: ergo archonte pythara/
to.ideſt quo tempore pythara/
tus imperabat.nam archon ar/
chontos dicirur imperans ab ερ
χομαι quod eſt īpero.libet au/
tem credere : ideo appellatione
græca uti uoluiſſe Ciceronē aut
quod tum ita loqui uſitatus fue
rit:aut ꝙ expreſſius: ita enunci/
atum uideretur niſi ipſe fortaſ/
ſis ſcripſit græce αρχοντοσ πυ
θαρατου.Neq; ramen erant cau
ſæ fatales cur ita accideret:ſi quo
ad corporis compoſitio patieba
tur longius uitā producere non
potuit id ei neceſſarium fuit.at/
qui neceſſarium fatale dicimus:
fato igitur tum deceſſiſſe faten/
dum erit. Fuit cauſarum.ideſt
in cauſis fuit incluſum. Fati
neceſſitatem confirmant ut ali/
ter eueniſſe nō potuerit. Ver/
borum uim interpræiantur ut
qualis ſit eorum uerborum uis
doceant:non ut fati lege omnia.
ita aſtringere uelle uideri uelint
Cauſarum ſeriem uinculum
& quaſi cathenā ut ex cauſa cau
ſæ emanent. Fati neceſſitate
deuincunt.qualiter hæc ſint ac/
cipienda:& quid reſpondere il/
lis oporteat ſupra ut cēſeo abū/
dē dictum eſt. Id ſi ita eſt fato
omnia ſiunt.hoc non eſt conſe/
quens.non enim ſi omnia cauſis
ſiunt antegreſſis fato etiam fiūt.
nam non ſunt neceſſariæ cauſæ
omnes ſed ſunt aliquæ etiā am/
biguæ quæ nullū neceſſariū alla
turæ ſunr effectum. Et nega/
re omnem enunciationem.aut
ueram eē aut falſam quod a nul
lis ut opinor conceditur dialecticis:ideo ſubiungit eam plagam potius accipiam:patiar inquit eo pacto potius
feriri:plaga quæ a græcis πληγη α πληττω quod ferio ſignificat. Illa enim ſenrentia ut negē omnem enun/
ciationem aut ueram eſſe aut falſam. Aliquid habet diſputationis.quod poſſit uideri enunciationes aliquæ
nec uerum nec falſum ſignificare:quia ſunt aliquæ ambiguæ orationes quæ in plures poſſint ſenſus trahi. Cō/
tendit omnes neruos.ideſt omnem loquendi & intelligendi acrimoniam ad hoc probādum exacuit:quoniam
omnis enunciatio pro eo quod ſignificat una eſt non ambigua:quod cum ita ſit uerum uel falſum ſignificat.
Si alterum.uerum uel falſum. Eſſe id etiam certum.ſi neutrum ſit hoc eſt nec uerum nec falſum. Chry/
ſippus metuit.ordo eſt.chryſippus metuit nec omnia fato fieri poſſint ſi non obtinuerit:& quæ ſequuntur.
Declinatione atomi.declinando atomum ut etiam fatum poſſimus declinate credidit epicurus.

Extra pondus.alterius atomi.

Et plagam.eum ubi erat locum. Id appellat ελαχιςόν. ideſt minimum uelut etiam ipe interpretatur ut parum admodum deeſſe uideatur ne id conficiat:quod effugitur. Qui poteſt. quonam pacto poteſt.

Ad perpendiculum.ideſt rectalinea deſcendendo.Cæſar in commentariis de geſtis rebus in galliis:non ſublicæ modo directæ ad perpendiculum:ſed pronæ ac faſtigiatæ ut ſecundum naturam fluminis procumberent. Autor atomorum.qui hanc commentus eſt de atomis rationem. Naturales motus. quos ineuitabiles natura dediſſet corporibus. Suam cauſam. ſententiam qua innitebantur.

Animi motum uoluntarium ipſi animæ ut ſupra dictum eſt naturalem. Quam introducere declinationem.ſubaudiendum atomi. Abutimur.quoniam nihil fit ſine cauſa licet animi motum ſine cauſa eſſe diximus. Non ita loquimur ut phyſici:quibus inane eſſe nihil placet:ideo ſecuti epicurum errant qui inane in rebus eſſe uoluerunt ſicut Lucretius qui ait. Quapropter locus eſt intactus inane uacanſque Quod ſi non eſſet nulla ratione moueri Res poſſent:nanque officium quod corporis extat Officere:atq; obſtare id in omni tempore adeſſet Omnibus:haud igitur quicquam procedere poſſet Principium:quoniam cedendi nulla daret res. Ipſius idiuidui.ideſt atomi. Cur ita feratur.quamobrem eum habeat motum.

Omnis pronunciatio. ideſt uerum uel falſum indicans oratio. Niſi cum conceſſerimus fato fieri quæcunque fiant . ac ſi dicat abſque hoc ueram uel falſam eſſe poſſe omnem enunciationem liquet. Inquit.ſubaudi chryſippus. Confectum negocium.ideſt hoc modo ſuum chryſippus concluſit argumentum. Capiet numantiam Scipio hiſpaniæ potentiſſimam olim ciuitatem quam Scipio minor africanus excidit ſubactis omnino celtiberis qui ſæpe bellum romanis intulerant.

iacta de celo imbri colligit̄ huius ſpecies duplex eſt. alia enim aqua pluuia nocens eſt alia non nocēs: nocētis quo
q; duplex eſt ſpecies alia manu alia uicio: ſed aqua pluuia manu nocens eſt quæ ita loco aliquo excipit̄: ut īde ꝓ/
fluens uicio noceat ſi locus is non ſit naturaliter talis: ut noceat ſed licet manu hominis ad excipiēdam aquam
fuerit idoneus: uicio autem quotiēs naturaliter ita ſeſe locus habet uel excipere aquam: & nocere uicino poſſit.
ſi igitur eius aquæ quam quis arceri uelit ne ſibi noceat a uicino: genus uelit exquirere nō neceſſe eſt ab ultimo
uſq; deducere: ut dicat aquæ eius qua quis uelit arceri genus eſſe aquam pluuiam. ſed poteſt id quod quærit ge
nus paulo inferius inuenire: ut huius aquæ quam arceri deſiderat id genus eſſe dicat quod eſt aqua pluuia no/
cens. quod ſi proximum genus quærit illud poterit adhibere quod eſt aqua pluuia manu nocens. hoc enim ar/
cere quis cogitur quod manu ſit noxium. quod uero loci forma uel uicio aliquid infert incommodi arcere nō
cogitur. Commode etiam tractatur hæc argumentatio quæ ex genere ſumitur. Cum ex toto partes per/
ſequare: hoc modo ſi dolus eſt. Cum aliud agitur aliud ſimulatur enumerare licet quibus id modis fiat: dein
de in eorum aliquem id quod arguas dolo malo factum includere: quod genus argumenti in primis firmū ui/
deri ſolet. quotienſcunq; autem de re aliqua dubitatur ſi facta generis eius rei diuiſione ſub aliqua eius generis
parte id de quo ambigitur poterimus īcludere tunc agere trahi dicetur argumētum hoc modo. ſit doloſus ma

ſus quando aliud agitur aliud ſimulatur. huius ergo ſi ſpecies diuidantur: & id quod factum arguimus alicui earum ſpecierum quæ a dolo malo deductæ ſunt poterimus adiũgere quicquid de dolo malo æſtimabitur idẽ etiam de ea re quam arguimus neceſſe eſt iudicari: & factum eſt a genere ideſt a dolo malo argumentum. nam de quo quæritur ſpecies eſt: & id a quo ſumitur argumentum genus eſt. locus autem hic abeo qui eſt a partiũ enumeratione differt: ab enumeratione partium ducitur argumentum. quotiens enim ipſa partium enumeratione utimur ad argumentationem tunc ab eadem partitione argumentum tractum eſſe dicemus ut hoc modo. ſi fundamenta: & parietes: & tectum habet: & habitationi idoneus eſt locus domus eſt. ipſa igitur partitiõe utentes domũ eẽ probauimus.

Si dolus malus eſt cum aliud agitur: & aliud ſimulatur enumerare licet quibus id modis fiat: deinde in eorum aliquem id quod arguas dolo malo includere quod genus argumenti in primis firmũ uideri ſolet. Similitudo ſequitur quæ late patet. ſed oratoribus & philoſophis magis quam uobis. Etſi enim omnes loci ſunt omniũ diſputationum ad argumenra ſuppeditanda: tamen aliis diſputationibus abundantius occutrunt: aliis anguſtius. Itaque genera tibi nota ſint. ubi autem his utare quæſtiones ipſæ te admonebunt. Sunt enĩ ſimilitudines quæ ex pluribus collatõbus pueniunt quo uolũt hoc mõ. Si tutor fidẽ præſtare debet ſi ſocius: ſi cui mãdaris ſi qs fiduciã accepit. debet ẽt pcurator hæc ex pluribꝰ pueniẽs quo

quotiens autem ſub genere aliquid collocãdum eſt diuiſis partibus alicui eorum quæ a genere deducuntur id de quo quæritur aggregamus: ut hoc mõ. ſi ciceronem animal eſſe monſtremus dicemus omne animal aut rationale eſt aut irratiõale. at cicero ratiõalis eſt. animal ergo ẽ. non partitiõe utimur principaliter ad argumentum faciendũ. ſed hac de cauſa gẽus diuiſimus ut in unam quanlibet diuiſionẽ id quod nitebanť oſtendere poſſet includi ideſt ut id de quo dubitatur ĩ aſſumptum generis redigeretur atq; de eo per generis naturam fides fieret. ſic ergo a genere facta argumentatio iure dicetur. item partium enumeratio totius efficere ſubſtantiam ſolet ſiue illud uniuerſale ſit ut genus ſiue partium cõiunctione copuletur ut totum. at uero hæc generis diuiſio in cuius parte quodlibet illud de quo cotenditur includendũ eſt non id efficit: ut totius ſubſtantia conſtituatur: ſed ut illud quod approbare quærimu intra genus locetur quem argumentanonis modum in primis ualidum eſſe affirmat. nec mirum cuiquam uideatur ſi ultimã ſpeciem aliquando uocamus genus: & indiuiduam ſpeciem: cum ita præſit indiuiduis ea ſpecies ſicut genus ſpeciebus. Similitudo ſequitur quæ late patet: ſed oratoribus & in philoſophis magis quam uobis: quoniã non in omnibus quæſtiõibus demonſtratione utimur: ſed aliquotiens uerisſimilia colliguntur quo id facilius perſuadeamus quod nitimur oſtendere. ſimilitudo rerum ſæpe eſt conquirenda atq; idcirco locus a ſimilitudine oratoribus maxime philoſophiſq; conducit. non tamẽ ſolis. omnes enim loci cõmunes ſunt cuiuſq; materiæ ſed in aliis huberius in aliis anguſtius inueniuntur. quocirca cognitis ante atq; perceptis locis quæſtiones ipſæ quæ tractabũtur quibus uti debeamus locis animum poterunt noſtrum admonere. omnis autem ſimilitudo duplex eſt: aut enim ex pluribus rebus ſimilitudo colligitur: & inductio nuncupatur quan græci epagogen nominant: aut ſingulæ res per ſimilitudinem comperantur ac prior quidem huiuſmodi eſt Si fidem tutor præſtare debet ſi ſocius ſi cui mandaueris ſi qui fiduciam acceperit debet etiam procurator. nam cum ĩ pluribus rebus fides præſtari debeat unaque ſimilitudo ſit in fide præſtanda tam in tutore quam ſoio atq; ei cui mandatum ſit ei quam qui fiduciam accepit. debet eadem ſimilitudo procuratori etiam conueĩre. fiduciam autem accipere eſt: ut ſi quis tempus dubium timens amico potentiori fundum mancipet: ut ei cum tempus quod ſuſpectum eſt prætetierit reddat hæc mancipatio ſiduciaria nominatur: quoniam reſtituendi ſides interponitur item qui defendit alterum a iudicio: ut aſconius inqt patronus dicitur ſi orator eſt: aut aduocatus. ſi aut ius ſuggerit aut præſentiam ſuam commodat amico: aut procurator ſi negocium ſuſcipit aut cognitor ſi præſẽtis cauſam nouit: & ſic tuetur ut ſuam. hac ergo ſimilitudine ſocrates plurimum uſus eſt. ut apud Platonem apparet. quotiens uero una res uni rei per ſimilitudinem comperatur hoc modo colligitur argumentum: quemadmodum fines qui magis agrorum uidentur eſſe quam urbis ſi in urbe de finibus controuerſia aſt ac finibus regendis adigere arbitrum non poſſis ex eodem ſimilitudinis loco ſic: ſi aqua pluuia in urbe nocet quoniam res tota magis agrorum eſt aquæ pluuiæ arcendæ adigere arbitrum non poſſis: regendorum finium arbitri eſſe dicuntur qui finalia diſcernunt litigia: ut ſi fuerit de finibus orta contentio eorum dirimatur arbitrio: ſed fines in agrorum tamen limitibus eſſe dicuntur. arbitri autem finium regendorum in ciuitate eſſe non poſſunt. item arceri aquam in agris tamen dici ſolet ubi in aliquo loco aqua pluuia colligatur: & in uicini campos defluens: paſcua frugeſue corrumpat. arbitri autem arcendæ aquæ a magiſtratibus deligebantur. quæritur ergo an ĩ urbe arcendæ aquæ arbitrum poſſimus adigere ideſt apponere: & argumentum ex ſimilitudine capitur ſi regendorum finium quia ſolius agri ſunt in urbe arbitrum adigere non poſſis ne aquæ quidem arcendæ quia ſolorum eſſe agrorum uidetur in urbe arbitrum poſſis adigere. hic igitur una res uni rei ſimilitudine eſt cõiũcta.

Ex eodem etiam ſimilitudinis loco illa ſumi Cicero dicit quæ uocantur exẽpla ueluti craſſus in cauſa curiana quæ fuit huiuſmodi quidam prole grauidam uxorem relinquẽs ſcripſit hæredem poſthumum: eius que aliũ

ſubſtituit ſecundū qui curius uocabaẽ ea conditione ut ſi poſt humus qui intra menſes decem proximos naſce/
reẽ ante moreretur quā in ſuam tutelam perueniſſet.i.ante diem obiret quā teſtamentū iure poſſet facere ſecun
dus hæres ſuccederet:quod ſi ad id tēpus perueniſſet quo iam firmo iudicio in ſuā tutelā receptus iure ciuili iſti
tuto poſſet hærede perfungi ſecūdus hæres.i.curius nō ſuccederet quæ uocaẽ ſubſtitutio pupillaris quæſitū eſt
an ualeret ita inſtituta ratio.Craſſus igiẽ plurima protulit exempla quibus ita inſtitutus hæres obtinuiſſet hære
ditatē quæ exemplorum cōmemoratio iudices mouit.dicit etiam ipſos iuriſperitos uti ſæpius exēplis:ut hoc mo
do.finge mācipio aliquē dediſſe id quod mācipio dari nō poteſt:nū idcirco id eius factū eſt qui accipit aut nū is q

uult appellatur iductio quæ græce epaagoge nominatur:qua plu
rimum eſt uſus:in ſermonibus Socrates. Alterum ſimilitudinis ge
nus collatiōe ſumitur cum res par pari cōparatur hoc modo.quē/
admodum fines qui magis agrorum uidentur eſſe q̄ urbis ſi in ur/
be de finibus controuerſia eſt finibus regēdis adiicere arbitrum nō
poſſis.Ex eodem ſimilitudinis loco ſic. Si aqua pluuia in urbe non
nocet:quoniam res tota magis agrorum eſt aquæ pluuiæ arcendæ
adducere arbitrum non poſſis.Ex eodem ſimilitudinis loco etiam
exempla ſumuntur.ut Craſſus in cauſa curiana exemplis plurimis
uſus eſt qui teſtamento ſic hæredē inſtituiſſet:ut ſi filius natus eſſet
in decem mēſibus:iſq; mortuus ptius quā in ſuam tutelā ueniſſet:
hæreditatem obtinuiſſet:quæ commemoratio exemplorum ualuit
eaque uos in reſpondendo uti multum ſoletis ficta etiam exempla
ſimilitudines habentiū:ſed ea oratoria magis ſunt quā ueſtra quāq̄
uti etiam uos ſoletis.ſed hoc modo finge mācipio aliquem dediſſe
id quod mancipio dari non poteſt:num idcirco id eius factum eſt
qui accepit:aut non is qui mācipio dedit ob eam rem ſe ulla re obli
gauit:in hoc genere oratoribus & philoſophis conceſſū eſt:ut mul
ta etiā loquantur ut mortui ab inferis excitentur:aut aliquid quod
fieri nullo modo poſſit augendæ rei gratia dicatur aut minuendæ
quod dicitur:& multa alia mirabilia.ſed latior eſt campus illorum
eiſdē tamē ex locis ut ante dixi & maximis & minimis i quæſtioni/
bus argumēta ducunẽ.Sequiẽ ſimilitudinē differētia:rei maxime
cōtraria ſupiori:ſed ē eiuſdē diſſimile & ſimile iuenire:eius generis
hæc ſunt.nō queādmodū q̄d mulieri debeas recte ipſi mulieri ſine
tutore auctore ſoluas itē q̄d pupillo aut pupillæ debeas recte poſ
ſis eodē mō ſoluere.Deiceps locus eſt qui e cōtrario diciẽ. Contra/

mācipio dedit ob eam rem ſe ul
la re obligauit:ſi quis.n.iuriſpe/
ritus adiiciat id quod nō iure cō
tractū eſt nullius eſſe momenti
adhibeatq; exemplū tale uelut ſi
quis rem non mancipi mancipa
uerit nū idcirco aut rem abalie/
nauerit:aut ſe reo facto ob id ali
cui rei obligauiẽ minime.quod
enim nō iure contractū eſt nihil
habet firmitatis & alia huiuſmo
di apud iuriſperitos inueniūtur
in quibus oratores etiā & philo/
ſophi crebro uerſanẽ:ſed & ora
toribus licet mortuos ab inferis
excitare augendæ minuendæue
rei gratia quod ipſe Cicero facit
in ea oratiōe qua celiū defendit.
ſed latius orator euagaẽ & libe/
rioribus habenis ferẽ quā quis
alius in quocunq; ſcribendi ge/
nere:quo fit ut iidem loci multis
facultatibus ad fidem faciēdam
argumentorum copiam ſuppe/
ditent. Sequitur ſimilitudinē
differentia rei maxime cōtraria
ſuperiori:ſed eſt eiuſdem diſſi/
mile & ſimile iuenire.eius gene/
ris hæc ſunt nō quemadmodū
q̄d mulieri debeas recte ipſi mu
lieri ſine tutore autore ſoluas.itē
quod pupillæ aut pupillo debe/
as recte poſſis eodem modo ſol
uere.eiuſdem facultatis eſt ſimi/
litudinem differētiaſque cogno
ſcere.qui enī ſcit quid id ſit idē
poterit noſcere quid ſit diuer/
ſum.differentiarum uero mul/

tæ ſunt ſpecies.aliæ nanque ſunt ſubſtantiales:ut homini rationale:aliæ non ſubſtantiales:ſed tamen inſepara/
biles ut nigrior æthiopi atque coruo:aliæ uero mobiles labileſque ut ſedere ſtare & cæteræ huiuſmodi quibus
& ab aliis hominibus & a nobis ipſis ſæpe diſtamus.quod autem ad exemplum attinet Ciceronis tale eſt:priſcas
mulieres perpetua tutela tenuit poro pupilli pupillæue ſub tutore ſunt:ſed mulieribus ſiquid debuiſſes ſine tu/
toris autoritate ſolui poterat.pupillis uero minime.ergo ſi quæraẽ an id quod debeaẽ pupillo renuente tutore
poſſit exolui:a differentia ſumitur argumentū hoc modo.nam ſicut mulieri ſine tutoris autoritate quod debeas
poſſis exoluere eodē modo niſi tutoris acceſſerit auctoritas pupillo ſoluere quod debeas non poſſis illa perpetua
tutela tenet.illorum autem tutelæ certus annorum numerus terminum facit atq; idcirco diuerſa ſunt differt/
q; mulierum perſona a perſona pupillorum:quod pupillus nullum ſuæ adminiſtrandæ utilitatis iudicium ha
bere poteſt cum ſit aliquis mulieribus in rei utilitate diſcernenda delectus. Deinceps locus eſt qui a contrario
dicitur.Contrariorum autem genera plura unum eorum quæ in eodem genere plurimum differunt:ut ſapien
tia:ſtultitia quæ Ariſtoteles oppoſita id eſt ἀντικείμενα uocat:ea Tullius cōtraria nominat.oppoſitorum Ariſto/
teli placet alia ſunt contraria alia priuatio & habitus alia relatiua:alia contradictoria.cōtraria quidem ut album
& nigrum:habitus uero & priuatio ut uiſus & cæcitas lux & tenebræ:humanitas & inhumanitas:Relatiua ue/
ro ut pater & filius:dominus & ſeruus:contradictoria ut dies eſt dies non eſt.Cicero autem contrariorum alia

eſſe quæ aduerſa uocentur: alia priuantia: alia quæ in cõparatione ſint: alia quæ aientia: & negantia nuncupẽtur: ſed quæ cõtraria nominat oppoſita peripathetici uocãt. quæ Cicero diuerſa peripathetici cõtraria. quæ hic ĩ cõparatione illi relatiua & ad aliquid: ut Ciceroni ergo placet contrarioꝝ alia ſunt diuerſa ut ſapientia ſtultitia. alia priuantia ut humanitas inhumanitas. alia quæ cum aliquo conferuntur: ut duplũ ſimplũ. alia appellant̃ negãtia e cõtrario aientibus conſtituta ut ſi hoc eſt illud non eſt: diuerſa igit̃ uel aduerſa ſunt quæ ſub uno genere poſita plurimũ differunt ut album nigrũq; a ſe plurimũ diſtãt ſub uno genere ſub colore itẽ celeritati tarditas aduerſa eſt poſitis utriſq; ſub motu: neq;.n. celeritati debilitas eſt opponenda quia debilitati bona ualetudo potius contraria eſſe uidet̃. Illa quoq; diuerſa dicunt̃ uel aduerſa quæ in aduerſis generibus ſita plurimũ a ſe diſcrepare intelligunt̃ ut ſapientia ſtultitia. Illa.n. ſub genere boni eſt: hæc uero ſub mali. licet hoc exemplũ priuationẽ potius ſpectare uideat̃. ſtultitia.n. ſapiẽtiæ priuatio eſt: ut tenebræ priuatio lucis: ex his hoc modo argumenta ſumunt̃: ſi ſtultitiã fugimus ſapientiã ſequamur. ſi bonitatẽ expetimus maliciã fugiamus: priuãtia inquit Cicero ſũt quæ græce ςερητικα appellãtur quæ habent in ꝑpoſitionẽ quæ cum fuerit adiecta aliquando ꝓ modo qualitatis ut quem pellis ahenis implumã ſquamis auro cõſerta tegebat: Quãdoq; ſuꝑuacuã: ut noſco crines incanaq; mẽta niſi ualde ſignificet ut ĩſanã uatem. interdũ qualitatẽ habet deterius habentẽ: ut q̃ ſemel informes uidiſſe cyclopas. non.n. nullius formæ ſignificat: ſed malæ formæ. & quod uulgo dicit̃ deforme: & pro qualitate ordinatiua ut cum dicimus opus in dies creſcit ut Virgilius: Inq; diues auidũ caput altius effert: & pro ſpatio tẽporali. ut apud Virgi. ſœlix ſi ꝓtinus illũ: æquaſſet noctiludũ in luceq; tuliſſet. aliquotiẽs pro ante. Martialis. in lucem ſemper acerta bibit. ponitur ꝓ præpoſitione ad. ut cum dicimus in diem more feraꝝ uiuunt: & cum dicimus in uicem uel in uices. Iuuenalis. Inq; uices equitant & luna teſte mouẽtur. Ponitur & pro præpoſitiõe pro. ut cũ dicimus hoc ĩ munere magno habeo. ut Vir. in magno munere reſus eſſe ſui dederat monumẽtum & pignus amoris. & Saluſtius in primo hiſtoriaꝝ. & facto in gloria numero: ſed in compoſitione fere ſemper demit ut humanitas inhumanitas. ſanus inſanus. doctus indoctus. Cicero quidem ea tantũ priuãtia aſſerit in quibus in præpoſitio præponitur: ſed a peripatheticis accipimus priuationes tum ſimplicibus in nominibus: tum priuatoria præpoſitione efferri: ſimplicibus noĩbus: ut cæcitas tenebræ cum priuatoria præpoſitione: ut humanitas inhumanitas: quocirca Cicero cæcitatem aduerſum non uiſus priuationẽ appellabit. & ob hanc rationem ſtultitiam inter aduerſa enumeraſſe uideri poteſt: quoniam in præpoſitionem nõ habuit: ex qua priuationes arbitratur exiſtere: illa uero contraria quæ cum aliquo conferuntur Tullius uocat ut duplum ſimpli: uelut etiam pater filii: ſeruus domini: ſiquidem ſimplũ dupli dimidium eſt. Item negantia ſunt in affirmationibus & negationibus poſita: ut ſi hoc eſt illud non eſt ut ſi dicas: ſi dies eſt nox non eſt atq; hanc oppoſitionem Cicero dicit ualde contrariam eſſe: ex relatiuis contrariis ita ſumimus argumentum ſi pater eſt non poteſt fieri quin ei ſit filius: ſi duplum eſt ſimplum ſit neceſſe eſt. Ex negantibus autem quæ αποφατικα ut ait græci uocant ita ſi ſol ſupra terram fuit nox eſſe non potuit. hæc enim affirmatio illam perimit negationem. Sed cur hæc negantia Cicero uocauerit mirum uideri poteſt: nam quæ negantia ſunt aientibus opponuntur ut dies eſt dies non eſt. Hoc uero eſt ſequens cum dicitur. ſi hoc eſt illud non eſt ut ſi dies eſt nox non eſt: ad diem enim eſſe ſequitur noctem non eſſe & contra: atqui affirmationem negationemque ualde contraria eſſe dicit id ſcilicet ita eſt: ſed in hoc exemplo nequeunt eſſe contraria. nam quod conſequens eſt contrarium non eſt. nam ſi dixiſſet hoc eſt. hoc non eſt. nox eſt. nox non eſt. ualde contraria futura erant quæ Ariſtoteles cõtradictoria uocat ut diximus. Ab adiunctis poſui equidem exemplum: qui ſit ab adiũctis locus breui ſuperius monſtrauit exẽplo ſi ſecundum mulieris nunquam capite diminutæ tabulas poſſeſſio bonoꝝ daretur conſequẽs eſſe ut ſecundum pueroꝝ quoq; & ſeruoꝝ poſſeſſio permitteretur: ſed nunc formã ipſam & quaſi ſubſtantiam loci mõſtrare proponit. ab adiũctis locus eſt cũ ex aliquibus quæ ſunt proxima eis de q̃bus quærit̃ rebus id quod quærit̃

riorum autem genera plura. Vnum eorum quæ in eodem genere plurimũ differunt ut ſapientia: ſtultitia. Eodem autem genere quibus propoſitis occurrunt tanquam e regione quædam cõtraria: ut celeritati tarditas non debilitas: ex quibus contrariis argumenta talia exiſtunt. Si ſtultitiam fugimus ſapientiam ſequamur & bonitatem: ſi malitiam hæc quæ ex eodem genere contraria ſunt appellantur diuerſa. Sunt enim alia: contraria: quæ priuantia licet appellemus latine: græci appellant ςερητικα. Præpoſitio enĩ in priuat uerbum ea ui: quam haberet ſi in præpoſitũ non fuiſſet ut dignitas indignitas: humanitas inhumanitas: & cætera generis eiuſdẽ. Quorum tractatio eſt eadem quæ ſuperiorum quæ diuerſa dixi. nam alia quoq; ſunt contrariorum genera: uelut ea quæ cum aliquo cõferuntur: duplum: ſimplum: multa: pauca: longũ: breue: maius minus. Sunt etiam alia ualde contraria: quæ appellantur negantia: ea αποφατικα græci: e contrario aientibus: ſi hoc eſt: illud non eſt. Quid enim opus exemplo eſt tantum intelligantur in argumento quærendo contrariis omnibus contraria non conuenire. Ab adiunctis autem poſui equidem exemplum paulo ante multa adiungi quæ ſuſcipienda eſſent: ſi ſtatuiſſemus ex edicto ſecundum eas tabulas poſſeſſionem dari quas is inſtituiſſet cui teſtamenti factio nulla eſſet. Sed locus hic magis ad coniecturales

uel fuiſſe uel eſſe uel futuꝝ eſſe qui locus cõiecturalibus cauſis maxime neceſſarius eſt.Cum.n.de facto quæriť tum ſi id factũ eſt quod dubitať quid uel fuerit uel ſit uel futuꝝ ſit conſiderari ſolet.multa.n.ſunt quæ unicuiqꝫ adiũcta rei varioꝝ euentu tẽpoꝝ colliguntť.Idcirco.n.quid ante rẽ quid cum re qd poſt rẽ euenerit in cõiectura libus cauſis ĩquiriť quæ ab oratoribus tractanť ſolis:nã iuriſperitus de facti q̃litate nõ de ipſius facti ueritate re/ ſpõdet.q̃obrẽ quotiens ad gallũ iuriſperitũ facti quæſtio deferebať nihil ad nos inq̃ebat & ad Ciceronẽ.i.ad the torẽ remittebat:deinde ad trebatiũ Cicero urbane imiſcet:patiare inq̄: trebati me nullã operis ĩchoati partẽ præ terire & aliquãdo a tuis exẽplis diſcedere niſi uis credi nimiũ te amare.ab adiũctis igiť locus triũ ſæpe tẽpoꝝ ra/ tione tractãdus eſt:nã de facto ſi quæriť qd uel ante id:uel cũ eo: uel poſt id fuerit neceſſe eſt ueſti gari:ante rẽ quidẽ hoc modo:ap paratus : uerisimile.n.eſt feciſſe aliquẽ quod ante efficiẽdũ para/ uit:colloq̃a.fieri enim potuit:ut amauerit qui ſæpe fuerit collo/ cutus.Locus uelut cũ ad aliq̃d fa ciẽdũ opportunus locus eligiť: cõſtitutũ cõuiuiũ uelut ſi q̃s ĩ eo aliq̃d feciſſe arguať capiaturqꝫ fa cti cõiectura ex eo ĩpo qd ſit cõ/ ſtitutũ conuiuiũ.hæc ante rẽ:cũ re aũt pedũ ſtrepitu ſi dep̄hẽſus fuerit:uel ſi fuiſſe adulter in cu/ biculo ex umbra corporis oſten dať:poſt rẽ ſi quas conſciẽtiæ ia ctet maculas pallor rubor tituba tioqꝫ crimẽ ꝓdiderit:reſtinctus ignis uelut ſi clã factũ aliq̃d exrĩ cto igni uelimus oſtẽdere ut tu/ tius in tenebris quiduis cõmit/ tereť.Itẽ gladius cruentus pactũ iam facinus oſtẽdit.hæc oĩa poſt rẽ facto etiã intelliguntť annexa.

Deĩceps eſt locus dialecticoꝝ ꝓprius ex cõſequẽtibus & ante/ cedẽtibꝫ & repugnãtibus. nã cõ/ iũcta de q̃bus paulo ante dictũ ẽ

cauſas quæ uerſanť in iudiciis ualet cum quæritur quid aut ſit:aut euenerit:aut futurum ſit:aut quid omnino fieri poſſit.Ac loci qui/ dem ipſius forma talis eſt.Admonet autem hic locus ut quæratur quid ante rem:quid cum re:quid poſt rem euenerit.Nihil hoc ad ius ad Ciceronem inquiebat gallus noſter ſi quis ad eum quid tale retulerat ut de facto quæreretur.Tu tamẽ patiere nullum a me ar/ tis ĩſtitutæ locum præteriri:ne ſi nihil niſi quod ad te pertineat:ſcri bendum putarim:nimium te amare uidear.Eſt igiť magna ex par te locus hic oratorius:non modo non iuriſconſultorum:ſed ne phi/ loſophorum quidem.Ante rem enim quæruntur quæ talia ſunt ap paratus.colloquia:locus:conſtitutum conuiuium.Cum re autẽ pe dum crepitus:ſtrepitus hominum:corpoꝝ umbræ:& ſi quid eiuſ/ modi.At poſt rem:pallor:rubor:titubatio:& ſi qua alia ſigna con/ turbationis & conſciẽtiæ.ꝑterea reſtinctus ignis:gladius cruen/ tus:cæteraqꝫ quæ ſuſpitionem facti poſſunt mouere.Deĩceps eſt lo cus dialecticorũ proprius ex conſequentibus & antecedentibus & repugnantibus.nam cõiuncta:de quibus paulo ante dictũ eſt:non ſemper eueniũt:conſequẽtia autem ſemper.Ea enim dico cõſequẽ/ tia:quæ rem neceſſario conſequuntur.Itẽqꝫ & antecedẽtia & repu/ gnantia quicquid enim ſequitur quãqꝫ rẽ id cohæret cũ re neceſſa rio:& quicquid repugnat:id eiuſmodi eſt ut cohærere nũq̃ poſſit.

nõ ſemp eueniũt:cõſequẽtia aũt ſemp:ea.n.dico cõſequẽtia:quæ rẽ neceſſario cõſequunť.Itẽqꝫ & antecedẽtia & repugnãtia:quicquid.n.ſequitur quãqꝫ rem id cohæret cũ re neceſſario:& quicquid repugnat id eiuſmodi eſt ut cohærere nunq̃ poſſit.De antecedẽtibus cõſequẽtibus & repugnãtibꝫ Cicero tradituras exẽpla eſt:at cum unus hoꝝ oĩum ſit locus in tria uelut mẽbra diuiſus eſt .huius nomẽ Cicero nõ poſuit .multi cõditionalẽ uocauerũt: antecedens igitur eſt quo poſito aliud cõſequatur neceſſe eſt.Cõſequens eſt alicuius quod eſſe neceſſe ſit ſi illud cuius eſt cõſequens præceſſiſſe cõſtiterit.Repugnãs eſt quod ſimul cum ea re cui repugnat eſſe nõ poteſt:ſciẽdũ utiqꝫ primo eſt unum locũ a conſequentibus & antecedẽtibus & repugnãtibus:quoniã eiuſdem intelligẽtiæ eſt tam cõſentanea noſce q̃ eidem rei cui cõſentanea ea cognoſcimus noſſe diſſidẽtia.Conſentaneoꝝ duæ ſunt par tes antecedens una altera cõſequẽs:rurſus unum illud idem eſt ubi altero præcedente alteꝝ ſequi neceſſe ſit.Re pugnantium ſimiliter tam&ſi duæ ſunt partes:unũ tamen eſt utriſqꝫ uocabulũ:utraqꝫ enim repugnãtia nomi nantur.quocirca cum non fieri poſſit ut antecedens aliquod ĩtelligatur niſi in eodẽ quid ſit cõſequens conſide/ retur eodẽqꝫ modo.nec conſequens niſi quid præcedat apparuerit.Item repugnãs aliquid intelligere niſi intelli/ gať cui repugnet:& quoniã eadẽ ratio põt qd antecedat & ſequať qdqꝫ repugnet diſcernere recte unus eſt locus a Cicerone ĩ tres diuiſus partes. Sed dicet hic aliq̃s.qd eſt igiť cur alios ex ſimilitudine differẽtia & cõtrario locos ſupra cõpræhẽdit Cicero cum ſecundũ ꝓpoſitã rationẽ unus eſſe debuerit locus?reſpondendũ non eodẽ modo ſibi antecedẽtia conſequẽtia & repugnãtia cõſentire quo modo ea quæ ſimilia differẽtia & contraria dicunť.In his.n.una tantũ qualitas ĩueniť & ſecundũ eã qualitatẽ ſimilia differẽtiaqꝫ & cõtraria ſe reſpiciũt.In antecedẽti/ bus aũt & conſequẽtibus nõ qualitatis ſimilitudo:ſed q̃dã naturæ cõſenſus eſt ſicut & in cõtrariis:q̃d exẽplis po ſterius liq̃bit.Cõditionalis orõ eſt quæ cũ cõditiõe ꝓnũciať ut cũ dicimus ſi dies eſt,lucet.Cur ergo hũc locũ cõ ditionalẽ dixerimus poſterius ab exẽplis apparebit:ſed quoniã nullius facultatis alterius eſt qd quãqꝫ rẽ cõſequã tur uel id cuiqꝫ repugnet iſpicere niſi dialecticæ artis quæ huius rei maxime ꝓfiteť peritiã hãc ob cauſam locum dialecticoꝝ hũc eſſe ait Cicero:differre exĩde locũ ab adiũctis a loco qui ab antecedẽtibus & cõſequẽtibus eſt qd adiũcta ꝓdere ſeſe atqꝫ oſtẽtare poſſunt:fidẽ uero neceſſariã ꝓrſus facere non queũt:ueluti ĩceſſum pedũ crepi/ tus:ſæpe.n.ita incedit ut nullus pedis crepitus audiať:& ſæpe pedum crepitus eſt ubi nullus eſt inceſſus:itaqꝫ ab adiunctis argumenta plæꝝqꝫ nos deficiũt:antecedentia uero & conſequentia repugnantiaqꝫ nunq̃.omne enim

quicquid in rerum natura eſt habet quod ſe aut natura ſequatur aut antecedat: eſt etiam a quo naturæ diuerſitate diſſideat uelut animal ſequitur quidem hominem: præcedit uero ſubſtantiam: dicimus enim ſi homo eſt animal eſt: ſubſtantia uero præcedit cum præponimus ſi animal eſt ſubſtantia eſt. Repugnat aūt mortuo cum enūciamus ſi animal eſt mortuum eſt: prærerea quæ ſunt adiuncta temporibus diſtributa ſunt ut ante rem cum re poſt rem. quæ uero ſunt antecedentia & conſequentia & repugnantia in quo tempore ſint nihil refert. præterea quæ antecedentia ſunt & conſequentia relinquere ſe & ſeparari non queunt. idē de repugnantibus intelligendū: neceſſario enim ſibi nectuntur. adiuncta autem nihil habent neceſſitatis quo minus ſeparentur. nec cum quoq̄ alioꝝ locoꝝ hic communis eſſe poteſt. Si quidem locus qui a toto eſt a ſubſtantia trahitur. a partibus uero a rei compoſitiōe: nā ĩ ſimplicibus terminis tale argumentū non poteſt inueniri a nota ab interpretatione a coniugatis ab eo quod ex eodem utrūqꝫ deducit: a genere: a continenti: a forma ab eo quod continetur: a differentia. ab eo quod diſcrepat a ſimilibus ab eadem qualitate a differētibus: a diuerſa qualitate:

**Cum tripartito igitur diſtribuatur locus hic: in conſequutionē: antecesſionē: repugnantiā. Reperiendi argumenti locus eſt ſimplex: tractādi triplex. Nam quid ītereſt cum hoc ſumpſeris pecuniā numeratā mulieri deberi: cui ſit omne argentū legatū: utrū hoc modo cōcludas argumentum. Si pecunia ſignata argētum eſt: legata eſt mulieri. Eſt autem pecunia ſignata argētum: legata igitur. An illo modo ſi numerata pecunia non eſt legata: non eſt numerata pecunia argētum: eſt autem numerata pecunia argentū. legata igitͤ eſt.**

a cōtrariis ab eis quæ longe a ſe diuerſa ſunt a cauſis efficiēdi: ab effectis ab his quæ uim alterius ut ita loquar efficientiæ ſuſceperūt ab adiunctis a uicinitate naturæ a cōparatione maioꝝ pariū uel minoꝝ a relatione ad æqualē uel īæqualē quantitatē: ab antecedētibus aūt longe aliter: conſtat enim in eo quod ſi poſitū quid fuerit aliud quiddam oīno fuerit quod conſequens appellatͬ. Repugnantiū uero non modo quod neqꝫ ſequi neqꝫ antecedere poſſit ueꝝ: quod ne ſimul quidem eſſe poſſit quæ omnia ut diximus in conditione ſunt. q̄obrem unus locus recte conditionalis eſt appellatus. Cum tripartito igitur diſtribuatur locus in conſecutionem. anteceſſionem: repugnantiā. reperiendi argumenti locus eſt ſimplex: tractandi triplex: nam quid itereſt cum hoc ſumpſeris pecuniā numeratā mulieri deberi cum ſit omne argentū legatum utꝝ hoc modo includas argumntū. ſi pecunia ſignata argentū eſt legata eſt mulieri: eſt aūt pecunia ſignata argentū. legata igitͬ eſt: an illo modo. ſi numerata pecūia nō eſt legata nō eſt numerata pecunia argentū: eſt aūt numerata pecunia argentū. legata igitͬ eſt: an illo modo. nō & legatū argentū eſt: & nō eſt legata numerata pecunia legatū argentū. legata igitur numerata pecunia eſt. Cum ꝓpoſuerit locos in cōſecutione: anteceſſione: & repugnātia poſitos: reperiendi quidē argumenti ſimplicē eſſe ītellectū: tractandi autem triplicē adiecit. nam quid itereſt cum hoc ſumpſeris ad demonſtrandū pecuniam numeratā mulieri deberi cui ſit argentū omne legatū utꝝ id ab antecedētibus an a conſequētibus an a repugnantibus ꝓbes: nam eadē concluſio colligitur. & argumentationū diuerſitas nō in re: ſed in antecedentiū & cōſequentiū: & repugnantium tractatu eſt conſtituta. Ponamus igitur. aliquis teſtamento omne ſuum argentum mulieri legauerit: quæraturqꝫ an numerata quoqꝫ pecunia mulieri legata ſit: concedatur numeratam pecuniam argētum appellari. argentum igitur in primo modo ex antecedentibus tali ratione contexitur. Proponimus enim ſi pecunia ſignata numerataqꝫ argentum eſt eadē pecunia ſignata atqꝫ numerata legata mulieri eſt. hic præcedit numeratam atqꝫ ſignatam pecuniam argentum eſſe: ſequitur legatā eſſe mulieri. Id igitur quod præceſſit aſſumimus dicentes: at eſt ſignata ac numerata pecunia argentum. concludimus numeratam ſignatamqꝫ pecuniam mulieri eſſe legatam: eritqꝫ totius argumentationis hic contextus: ſi pecunia ſignata numerataqꝫ argētum eſt legata mulieri eſt. at eſt pecunia ſignata numerataqꝫ argentum. igitur legata mulieri eſt. Cum igitur ab antecedētibus a cōſequentibus & repugnantibus omnis argumentatio conditionalis ſit. ab antecedentibus autem quotiens enunciata conditionali propoſitione ſumitur id quod anteceſſit ut id quod ſequitur inferatur non eſt quod quiſquā dubitet hanc argumentationem ab antecedentibus eſſe deductam. An illo modo ſi numerata pecunia nō eſt legata: non eſt numerata pecunia argentum: eſt autem numerata pecunia argētum. legata igitur eſt: a conſequētibus hoc modo. ſi numerata pecunia non eſt legata mulieri cum ſit argentum omne legatum ſequitur numeratam pecuniam argentum non eſſe: ſi igitur id quod eſt poſterius auferamus ideſt numeratam pecuniam nō eſſe argentum dicemus: atqui eſt numerata pecunia argentum. affirmatio nāqꝫ tollit negationem: ſequitur igitͬ ut pars præcedens auferatur ea quæ erat non eſſe legatam mulieri pecuniam numeratam cum argentū ei omne fuiſſet legatū: ſed cum ſit negatio affirmatione tollitur dicimuſqꝫ concludentes. eſt igitur numerata pecunia mulieri legata cum ſit argentū omne legatū: eritqꝫ hoc modo explicata argumentatio. ſi non eſt mulieri legata pecunia numerata cum ei ſit argentum omne legatum non eſt argentum numerata pecunia: at eſt argentum numerata pecunia. legata eſt ergo mulieri numerata pecunia cum ei fuerit argentum omne legatum: ſed quod breuitatis cauſa præterit id eſt illam partem propoſitionis quæ eſt cum ſit argentum omne legatum mulieri: nos ut id fieret apertius ſubiunximus. A conſequenti igitur fit argumentatio quotiens conditione poſita id quod ſequitͬ aufert aſſumptio ut id quod præceſſerat interimatͬ. uelut ſi dicas. ſi homo Cicero eſt animal eſt. antecedit homo ſequitur animal. Si igitur ex conſequenti facere argumentum uelim dicam: atqui nō eſt animal ſequitur ne hominem quidem eſſe: ſed id perſpicue falſum eſt. eſſe. n. hominem conſtat: falſum eſt igitur animal nō eſſe: nec tamen miretur quiſq̄ quod in hoc exēplo a cōſequētibus per negationē facta fuerit aſſumptio: & per negationem rurſus illata cōcluſio: in exēplo autem Ciceronis & aſſumptio & cōcluſio per affirmationem facta ſit: ſi quidem

huius rei ratio in promptu eſt.nam cum in poſito nunc exemplo prima propoſitio ex affirmatione cōſtructa ſit & in arguēdi a cōſequentibus modo aſſumptio id quod ſequit̃ ſemper auferat interimatq; id quod præcedit neceſſariū fuit duplicē affirmationē gemina negatione auferre:uelut hoc modo.ſi dies eſt lux eſt.utræq; affirmationes ſunt tā id quod antecedit q̃ quod ſequit̃:ut igit̃ poſterior pars.i.lux eſt quæ affirmatio eſt interimat̃ negāda eſt:dicā igit̃ atqui nō eſt lux:quo fit ut præcedentē quoq; partē.i.dies eſt quā affirmationē eſſe manifeſtū eſt negatione tollamus cōcludemus.dies igit̃ nō eſt.In Ciceronis aūt exēplo utraq; pars cōditionalis ꝑpoſitiōis negationibus enūciata eſt quæ in aſſumptione & concluſione non aliis q̃ affirmantibus orōnibus auferri poſſunt.Eſt.n.

**An illo modo nō & legatū argentū eſt:& nō eſt legata numerata pecunia:legatū aūt argentū eſt:legata igit̃ numerata pecunia eſt.Appellāt aūt dialectici eam cōcluſionē argumenti in qua cū primum aſſumpſeris conſequit̃ id quod annexum eſt primum cōcluſionis**

Ciceronis exemplū hoc:ſi legata non eſt mulieri numerata pecunia nō eſt numerata pecunia argētū.uides ut ſit utraq; negatio:nā & nō eē legatā mulieri numeratā pecuniā:& nō eſſe numeratā pecuniā argētū utræq; in negatiōe ſunt demerſæ:quocirca ſi auferēda ē p aſſūptionē illius cōpoſitæ ꝑpōnis pars cōſequēs ut ī argumētatiōe quæ ſit a cōſequēti fieri oportet:quoniā negatio eſt:dicit.n.nō eē numeratā pecuniā argētū & ſi p cōcluſionē auferēda ē pars ꝓcedēs ut ī tali argumētatiōe fieri neceſſe eſt cū ſit & ipa ī negatiōe occupata.dicit.n.nō eē legatā mulieri pecuniā numeratā affirmationibus ſuetūt efferēda hoc modo:atqui numerata pecunia argentū eſt:ergo legata eſt mulieri numerata pecunia:ſed ſi qs ſtatim mihi occurrat exēplo Ciceronis ſupra poſito cū locoꝝ exēpla decurrebat:ac q̃ſi aliā a cōſequēti argumētationū formā uelit iactare nihil agit.oſtēdimus.n.ſupra ab antecedēti nō a cōſequēti exēplū illud eſſe qđ nūc hoc eiuſdē exēplo manifeſtū ē:& nos quonā pacto dicēdū fuiſſet ibidē mōſtrauimus. An illo mō.nō & legatū argētū ē:& nō ē legata numerata pecunia legatū argētū.legata igr̃ numerata pecunia eſt:tertius modus a repugnātibꝫ nō legatū ē argētū:& nō ē legata mulieri numerata pecunia.hic nāq; cōſeqns erat ſi argētū eēt oē legatū pecuniā quoq; numeratā fuiſſe legatā:ut igr̃ fieret repugnās huic cōſequētiæ iterpoſita negatio eſt dictūq; ſi argētū omne eſſet legatū numeratā pecuniam nō eē legatam.quod quia repugnat & falſum eſt ad ueritatem alia negatione reducitur ſic.nō ſi legatum argentum eſt non eſt legata numerata pecunia.ut et affirmationi conueniat quæ dicit ſi legatum argentum eſt legatam eſſe pecuniam numeratam:aſſumimus igitur huic propoſitioni argentum omne eſſe legatum & conſequitur omnem numeratam pecuniam mulieri eſſe legatam ut ſit forma argumentationis hæc non ſi legatum argentum eſt non eſt legata numerata pecunia:atqui legatum argentum eſt legata igitur numerata pecunia:ſed Marcus Tullius propoſitionem ita formauit.non & legatū argentum eſt & non eſt legata numerata pecunia:ſed idcirco cauſalem coniunctionem appoſuimus eam quæ eſt ſi ut ex quo eſſet genere talis propoſitio monſtraremus.nanque ex connexo negatione addita fit repugnans.cōnexum uero nullum æque ut ſi coniunctio poſſit oſtendere licet idem efficiat etiam copulatiua coniunctio:nā quæ connexa ſunt etiam coniuncta eſſe intelliguntur.In omnibus igitur illud eſt approbatum pecuniam numeratam mulieri deberi cum ſit argentum omne legatum:ſed ex ſupra memoratis propoſitionibus modo quidem quod antecedebat aſſumpſimus modo uero quod conſequebatur:nunc autem id quod repugnabat ſiquidem a repugnantibus argumentationem ita faciemus non ſi homo Cicero eſt animal non eſt:repugnat enim eſſe hominē & animal non eſſe.hic ſi aſſumamus eſſe hominem animal quoque eſſe recte cōcludimus hoc modo:atqui homo eſt animal igitur eſt:atque hic quidem modus ex ea propoſitione connexa conuerſus eſt quæ ex duabus iuncta eſt affirmatiuis quæ dicit:ſi Cicero homo eſt animal eſt.His igit̃ tribus modis Cicero qui homo eſſet animal quoque eſſe monſtratus eſt.nunc quidem id quod antecedit aſſumentes ideſt eſſe hominem.nunc uero id quod cōſequitur in aſſumptione denegantes ideſt non eſſe animal.nunc autem repugnantiam denegantes eorum quæ ſibi ſunt conſequentia poſito quod præcedebat id quod ſequebatur intulimus.ſed ad Ciceronis exempla reſpiciens minus cautus fortaſſe aliquis eūdem locum eſſe arbitrabitur a genere quem ab antecedentibus conſequētibus & repugnantibus eſſe diximus illo falſus errore quod in utriſque locis Cicero eodem utitur exemplo hoc eſt argenti & numeratæ pecuniæ:ſed accuratius intuenti in eiſdem rebus diuerſa argumentationum tractatio eſſe uidebitur:quippe quod aliud eſt dicere cum argenti ſpecies ſit numerata pecunia ſi genus legatum ſit & ſpeciem eſſe legatam:quoniam nunquam ſpecies a genere ſeparatur:aliud eſt in conditione enunciationem proponere & eiuſdem partibus aſſumendis argumentationem uaria ratiocinatione formare ut iādudum monſtrauimus:nam neque dies lucis neque lux diei ſpecies aut genus eſt.ex his tamen etiam argumenta ſumpſimus ab antecedentibus conſequentibus & repugnantibus.In his ergo conſideratur tantum ut poſito altero alteꝝ neceſſaria ratione ſubſequitur.Differunt igitur loci a genere uel ſpecie ab eo loco qui in cōditione eſt cōſtitutus:quoniam illi ex uniuerſalitatis:ac partis ratione dicuntur:hic autem in cōſequentiæ & repugnantiæ ordine tractat̃:nihil enim prohibet eandem rem diuerſa cōſideratione diuerſam nobis poſſe arguendi ſuppeditare materiam.

Appellāt dialectici eam concluſionem argumēti in qua cum primum aſſumpſeris conſequitur id quod annexum eſt.primum concluſionis modū.ſeptem modos hypotheticos hoc eſt conditionales enumeraturus Cicero ait cum in connexis propoſitionibus id quod eſt primum aſſumit̃ ut oſtēdatur ſecundum primū a dialecticis modū uocari hoc modo.ſi hoc eſt illud eſt:quod dicit̃ hoc primum eſt:quod uero illud ſecūdum:aſſumit̃ ergo quod primū eſt:atqui hoc eſt concludit̃ id quod ſecūdum eſt illud igit̃ eſt uelut in his rurſus exemplis.ſi homo eſt animal eſt aſſumit̃:atqui homo eſt concludit̃.animal igitur eſt.nec enim bene aſſumeret̃ atqui aial eſt ut con

modum:cum id quod annexum eſt negaris:ut id quoqꝫ cui fuerit anoexum negandum ſit.Secundus is appellatur concludendi modus:cum autem aliqua coniuncta negaris & ex his unum aut plura ſumpſeris.ut quod relinquitur tollendum ſit.Is tertius appellať conclusionis modus.Ex hoc illa rhetoꝝ ex contrariis concluſa quæ ipſi ενθυμηματα appellant:non quod non omnis ſenteotia ενθυμημα nõ proprio nomine dicatur:ſed ut Homerus propter excellentiam commune poetarum nomen efficit apud græcos ſuum ſic cum omnis ſententia dicatur enthymema.quia uidetur ea quæ ex contrariis conficiatur acutiſſima ſola proprie nomen cõmune poſſedit:eius generis hæc ſunt:hunc metuere:alterum in metu non ponere.eam quã nihil accuſas dãnas.bene quã meritã autumas male mereri:id quod ſcis prodeſt nihil id quod neſciis obeſt:hoc diſſerẽdi genus attingit omnino ueſtras quoque in reſpondendo diſputationes:ſed philoſophorum magis quibus eſt cum oratoribus illa ex repugnantibus ſententiis communis concluſio quæ a dialecticis tertius modus:a rhetoribus enthymema nuncupatur. Reliqui

cluderetur.homo igitur eſt.inueniuntur tamen in quibus æquo modo ualet aſſumptio ſiue præcedat ſiue ſubſequať ut in homine atqꝫ riſibili.ut ſi homo eſt riſibile eſt.atqui homo eſt.riſibile igiť eſt.uel atqui riſibilis eſt homo igiť eſt:ſed in hoc eſt in cauſa quod homo atqꝫ riſibile æqui ſunt termini:atqꝫ idcirco uno poſito alteꝝ ſequi neceſſe eſt:ſed quia hoc raro contingit dicimus uniuerſale eſſe ut aſſumpto priore quod ſequiť concludať. Cũ id quod annexum eſt negaris ut id quoqꝫ cui fuerit annexum negandum ſit ſecundus is appellať modus concludendi:ſecundum uero modum Cicero dicit eſſe ex cõnexis propoſitionibus textum.in quo ſi ſecundum negať ſequiť ut id etiam quod primum eſt tollať hoc modo:ſi homo eſt animal eſt:animal autẽ non eſt.homo igiť nõ eſt.nã ſi neges ſumendi quod antecedit nõ erit ꝑpetuo ueꝝ ut dicas atqui homo nõ eſt.nõ igitur aĩal eſt.ſed Cicero ita dicit cũ id quod annexum eſt negaris ut id quoqꝫ cui fuerit annexũ negãdũ ſit.ſecũdus is appellať modus cõcludẽdi quaſi hic locus ex ꝓpoſitione cõditionali.i.hypothetica affirmatiuis ſemper iũcta partibus itelligať:quod minime ueꝝ eſt.emendatius itaqꝫ dici cenſuerim.Cum eius quod annexũ eſt cõſequẽs perimiť perimi quoqꝫ quod illi annexũ antecedat.idqꝫ ſecundũ concluſionis modũ uocari ut ſi affirmatiuum eſt quod annexũ eſt negatiõe perimitur.uelut ſi homo eſt animal eſt:atqui animal nõ eſt.nõ igiť homo erit.ſi uero negatiuũ affirmatione tolliť ut ſi nox nõ eſt dies eſt:ſed dies nõ eſt nox igiť eſt. Cũ aũt aliqua cõiũcta negaris & his unũ aut plura ſumpſeris ut qđ relinquiť tollendũ ſit is tertius appellatur cõcluſionis modus.tertiũ uero modũ ait eſſe Cicero cum ea quæ coniũcta ſunt abnegãtur:& his alia negatio rurſus adiũgiť:ut quia aĩal homini cõiunctũ eſt ita dicamus non & homo & nõ animal eſt.atqꝫ ex his unũ poniť ut quod relinquiť auferať hoc modo.ponamus eſſe hominẽ dicentes atqui homo eſt.quod ergo relinqtur nõ eſt aĩal auferť atqꝫ cõcludiť animal igiť eſt. Ex hoc illa rhetoꝝ:ex cõtrariis cõcluſa quæ ipſi ενθυμηματα appellãt nõ quod non oĩs ſentẽtia ενθυμημα dicať:ſed ut Homerus ꝓpter excellentiã cõmune poetaꝝ nomẽ efficit apud græcos ſuũ ſic cum oĩs ſentẽtia enthymema dicatur quia uideť ea quæ ex cõtrariis cõficiať acutiſſima ſola ꝓprie nomẽ cõmune poſſedit:eius generis hæc ſunt hũc metuere alteꝝ in metu nõ ponere.eam quã nihil accuſas dãnas:bene quã meritã eſſe æſtimas male mereri.Id quod ſcis ꝓdeſt nihil id quod neſcis obeſt.hoc diſſerẽdi genus attingit oĩno ueſtras quoqꝫ in reſpõdendo diſputationes:ſed philoſophoꝝ magis quibus eſt cum oratoribus illa ex repugnãtibus ſentẽtiis cõmunis cõcluſio quæ a dialecticis tertius modus:a rhetoribus enthymema nũcupať.ex his naſci dicit enthymemata ex cõtrariis cõcluſa quibus plurimũ rhetores uti ſolẽt:atqꝫ hæc enthymemata dicũt nõ quin oĩs ſentẽtia animiqꝫ cõceptio enthymema nõ poſſit appellari:enthymema.n.quod ab aliis cõmentũ:ab aliis cõmentatio uerbũ uerbo reddẽtibus trãſferť mentis conceptio quæ oĩbus conuenit inuẽtionibus noĩatur:ſed illæ inuẽtiones quæ breuiter ex contrariis colligũtur maxime acutæ ſunt.hinc quia excellũt ſpecie inſpectionis cõmune enthymematis nomẽ ꝓprium ſibi effecere.a rhetoribus enim quaſi ꝓprio nomine enthymemata ſunt dicta:ſicut cum Homeꝝ græci aliquid dixiſſe uolũt intelligi ita loquũtur ut dicãt poeta hoc dicit:nec alius ab Homero intelligiť:licet cõmune ſit omnibus hoc poetæ nomẽ uatibus:excellẽtia enim cõmune nomẽ ſibi proprium uẽdicauit.Fiũt autem hæc enthymemata ex cõtrariis hoc modo.hoc metuere alteꝝ in metu non ponere:uelut ſi de Lẽtulo:Cæthego:Cãtilina & cæteris dicať paucos ciues interfici:metuis ne reſpublica intereat nihil laboras.Connexum quippe eſt ut quicũqꝫ nolit interire paucos ciues rempublicam multo magis nolit extingui.quibus cum interponitur negatio ſit ex repugnãtibus argumentum:ſed hoc breuiter nimium rettulit Cicero.nos uero ſyllogiſmũ ex hoc texamus hoc eſt a repugnantibus:unde enthymema naſci doceamus.ſit connexum ſi quis metuit ciues paucos interfici is metuit interire rẽpublicam.interponatur negatio hoc modo.ſi quis metuit ciues paucos interfici is nõ metuit interire rem publicam.præponatur ipſi propoſitioni altera negatio ut ſit.non ſi quis metuit ciues paucos interfici non metuit interire rempublicam.quæ duæ negationes uni affirmationi pares ſunt quæ dicit ſi quis metuit hoc metuit illud.cuius aſſumptio eſt.at metuit hoc.concluſio ſequitur metuit igitur illud.quæ perinde ualet ac ſi negando interrogaretur ita.hoc metuis:illud non metuis?ſed quia non totus in his argumẽtationibus ponitur ſyllogiſmus:ſed propoſitio cuius aſſumptio & concluſio notæ ſunt hac de cauſa enthymema dicitur quaſi breuis animi conceptio & in cæteris exẽplis idem eſt diſſerendi modus.his adiicit eã quã nihil accuſas dãnas huius enthymematis

.ſyllogiſmus erit non ſi nihil accuſas damnas: ſed nihil accuſas.non dãnas igitur.deſcendit autẽ hoc argumentũ ex ea propoſitione connexa quæ ex duabus negatiuis componitur ita. ſi nihil accuſas non damnas. poſteriori parte detracta negatio eſt:& tota eſt propoſitio denegata hoc modo.non ſi nihil accuſas damnas. ex ea factum ẽ argumentũ quod ex iterrogatione effici poterit enthymema hoc. quã nihil accuſas damnas. bene quã meritã eẽ autumas male mereri: huius quoqꝫ enthymematis hæc collectio eſt.nõ & bene quã meritã eſſe autumas male mereri: atqui bene meritã eſſe autumas: non male igit̃ mereri.quod enthymema ex ea ꝓpoſitione cõnexa perficitur quæ conſtat ex affirmatione:& negatione hoc modo: ſi bene meritam eſſe autumas male mereri cuius ex

dialecticorum modi plures ſunt qui ex diſiunctionibus conſtant aut hoc: aut illud: hoc autem non.igitur illud. Itemqꝫ aut hoc aut illud: non autem hoc.illud igitur.quæ concluſiones idcirco ratæ sũt quod in diſiunctione plus uno uerum eſſe non poteſt: Atqꝫ ex his concluſionibus quas ſupra ſcripſi: prior quartus: poſterior quitus a dialecticis modus appellatur. Deinde addũt cõiunctionũ negantiam ſic.nõ & hoc: & illud.hoc aũt non.igit̃ illud.hic modus eſt ſextus. Septimus aũt.nõ & hoc: & illud: nõ aũt hoc.illud igitur. Ex his modis cõiũctões inumerabiles naſcunt̃ i quo ẽ fere tota dialectica .ed ne hæ quidem quas expoſui ad hanc iſtitutionem neceſſariæ

poſteriore parte dempta negatione totaque propoſitione abnegata fiet propoſitio. non ſi bene meritam eſſe autumas male mereri. quod in interrogationem deductum enthymema efficit. bene quam meritam eſſe autumas male mereri? idque απο/κοινου enunciatum eſſe eſt accipiendum: ut ita ſubaudiatur autumas perinde ac ſi ſit bis prolatum. Item id quod ſcis prodeſt nihil id quod neſcis obeſt: hoc quoqꝫ enthymema tali nectitur ſyllogiſmo: non ſi id quod ſcis prodeſt: & id quod neſcis nõ obẽ. atq id quod ſcis ꝓdeſt.obeſt igr̃ qđ neſcis. Hoc argumẽtũ ex ea ꝓpoſitione textũ ẽ: quæ duabus affirmatiõibꝫ iũcta accepit mediam negationem: & prior denegata eſt quod per interrogationem fit enthymema hoc modo id quod ſcis prodeſt nihil id quod neſcis obeſt: omniũ autẽ quæ ſuperius poſita ſunt exempla ſenſus eſt: quã quiſquam non accuſat eam damnare recte non poſſe: & eam quam bene meritam eſſe autumat male eandem mereri æſtimare turpe eſſe: & ſi id quod ſcit unuſquiſqꝫ in cauſa proderit oberit id quod contrarium eſt illi hoc ẽ quod neſcit: hunc uero locum cõmunem eſſe oratoribus ac philoſophis dicit: ſed apud illos tertium modum apud rhetores autem enthymema nuncupari. Reliqui dialecticorum modi.plures ſunt qui ex diſiunctionibus conſtant aut hoc: aut illud.hoc autem nõ.igitur illud: itemqꝫ aut hoc aut illud.non autem hoc. illud igitur quæ concluſiones idcirco ratæ ſunt quod in diſiunctione plus uno uerũ eſſe non poteſt.atque ex his concluſionibus quas ſupra ſcripſi prior quartus: poſterior quintus a dialecticis modus appellatur: deinde addunt coniunctionum negantiam ſic.non & hoc & illud.hoc autem non: non igitur illud.hic modus eſt ſextus: ſeptimus autem.non & hoc & illud: non autem hoc: illud igitur. ex his modis concluſiones innumerabiles naſcũtur i quo. eſt fere tota dialectica: ſed ne hæ quidem quas expoſui ad hanc inſtitutionem neceſſariæ. Reliqui inquit modi plures ſunt. Cum enim tres ſupra modos enumerauerit adiũcturus quatuor plures dixit. Hi autem ſunt in diſiunctionibus conſtituti hoc modo. aut hoc aut illud.hoc autem non.igitur illud.qui ẽ quartus modus: ita aut dies eſt: aut nox eſt.dies autem eſt: nõ igr̃ nox eſt: & ſemꝑ quod Cicero ait.hoc antecedens ſpectat.quod uero ait illud cõſequens ſiue in cõnexis propoſitionibus ſiue diſiunctus. Item aut hoc aut illud.nõ autem hoc.illud igit̃: hic quintus eſt modus ut exemplo ſit manifeſtus.aut dies eſt aut nox eſt: non autem dies eſt nox igitur eſt.quarum quattuor plures dixit. Hi autem ſunt in diſiũctionibus cõſtituti hoc modo: aut hoc aut illud hoc autẽ nõ igitur illud qui eſt quartus modus: ita aut dies eſt: aut nox eſt dies autem eſt.non igitur nox ẽ. & ſemꝑ quod Cicero ait.hoc antecedens ſpectat.quod uero ait.illud cõſequens: ſiue in cõnexis ꝓpoſitionibus ſiue diſiunctis. itẽ aut hoc aut illud non autem hoc illud igitur.hic quintus eſt modus ut exemplo ſit manifeſtus aut dies eſt. aut nox eſt.nõ aũt dies eſt nox igit̃ eſt.quarũ concluſionũ neceſſitatem ex eo dicit euenire: quia quæ in diſiũctione ſunt poſita medium nõ admittũt.ut aliquid præter ea q̃ poſita ſunt eſſe poſſit: atqꝫ ideo uno ſublato alterũ eſſe: unoqꝫ poſito alterũ eſſe concludit̃.ſi autem ſit mediũ eorum utrũlibet q̃ poſita ſunt nec uera propoſitio eſt: nec rata concluſio uelut in his: aut albũ: aut nigrũ eſt id falſum eſſe poterit poteſt ſi quidem præterea eſſe rubrũ.uel quiuis alius color. Item ſi ponamus eſſe albũ uel auferamus nõ neceſſe erit nigrũ eſſe uel non eſſe. ſubiungit cicero at aũt coniunctionũ negantiũ in diſiũctiuis propoſitionibus hoc modo: non & hoc: & illud.hoc autem nõ igit̃ illud id eſt nõ & nox: & dies eſt.nox aũt ẽ.non igitur dies eſt: & hic ſextus eſt modus ſane ſextus ac ſeptimus modus ex q̃rti & q̄nti modi diſiunctiua ꝓpoſitione deducunt̃ una tantũ negatione adiecta: & diſiũctiua dempta coniunctione additaqꝫ copulatiua: ut in ſupiore patuit exẽplo.ſeptimus igit̃ modus eſt ex eadem deſcendẽs ꝓpoſitione hoc modo non & hoc & illud.non autem hoc illud igit̃.uelut ſi dicamus non eſt nox. & dies eſt nõ autem nox eſt dies igitur eſt. quilibet autem hoꝝ modus infinitis põt accõmodari cõcluſionibus: & in his inquit tota fere dialectica: ſed ad topices ſcientiæ locos tres primi modi ſunt neceſſarii qui anteceſſionem cõſecutionem.& repugnantiã tenent reliqui perficiendæ potius huius rei gratia quam quod ad hanc iſtitutionem attinerent adiecti ſunt.ut autem cuncta: quæ de hoc conditionali loco diximus breuiter colligantur ac ne tantæ rei quod neceſſarium eſt deſit: quod cõſulto ſupra prætermiſimus cũ id cicero non poſuerit nunc adiiciat̃: primus modus eſt quotiens in cõnexa ꝓpoſitione primum in ꝓpoſitione locat̃ aſſumit̃: ut quod cõſequat̃ ex duabus conſtet affirmationibus hoc modo ſi dies eſt lux eſt atqui dies eſt lux igitur ẽ.ex duabus negationibus ſi lux

non eſt dies non eſt:ſed lux non eſt dies igitur non eſt.ex affirmatione & negatione ſi dies eſt nox non ẽ ſed dies eſt nox igit̃ nõ eſt.ex negatõe & affirmatione ſi nox nõ eſt dies eſt:ſed nox nõ eſt dies igitur eſt. ſecũdus modus eſt quotiens ĩ connexa ꝓpoſitione ſcd̃m aſſumit̃ ut id quod primũ eſt auferat̃.ex duabus affirmationibus hoc modo ſi dies eſt lux eſt ſed lux nõ eſt dies igit̃ non eſt.ex duabus negationibus ſi lux non eſt dies nõ eſt. ſed dies eſt lux igr̃ eſt.ex affirmatione & negatione ſi dies eſt nox non eſt atqui nox eſt. dies igit̃ non eſt.ex negatione: & affirmatione ſi nox non eſt dies eſt ſed dies non eſt nox igit̃ eſt.tertius modus ẽ cũ cõnexæ ꝓpõnis partes ex affirmatiõibus cõiũctæ negatione diuidunt̃ totiq; ꝓpoſitioni rurſus negatio adiũgitur quæ ꝓpoſitio græce υπεραποφατικη appellat̃. aſſumit̃q; qđ prius ẽ in ꝓpõne:ut econtrario cõcludatur ab eo quod in ꝓpoſitiõe ꝓlatũ fuerat hoc mõ non ſi dies eſt lux nõ ẽ.atqui dies ẽ lux igit̃ ẽ.hic ergo poſito qđ p̄cedebat.i.eſſe idem euerſum ẽ: qđ ſequebat̃.i.non eſſe lucẽ qđ negãtiã affirmatio euertat uel cõnexæ ꝓpõnis ex negãtiis iũctæ ſecundæ parti negãtia demit̃ totaq; propoſitio abnegat̃ p̄poſita priori ꝓpoſitionis parti negantia iterimit̃ quod ſubſequit̃ hoc mõ ſit ꝓpoſitio ſi ẽ lux dies non ẽ. fiat repugnãs ita.ſi non ẽ lux ẽ dies huic p̄ponamus negãtiam: ut fiat uera hoc modo nõ ſi lux non ẽ dies ẽ atqui lux non eſt dies igit̃ non eſt.aut ſi connexæ ꝓpoſitionis ex negantia: & affirmatiõe cõpoſitæ: ut ſi dies nõ eſt nox eſt.ſecũdæ parti negatio iungat̃:ut ſi dies nõ ẽ nox nõ eſt ſit repugnãs eaq; porro abneget̃:ut ſit uera hoc mõ nõ ſi dies nõ ẽ nox nõ eſt ponaturq; quod prius ẽ:ut quod ſequit̃ auferat̃ hoc mõ nõ ſi dies nõ eſt nox nõ eſt atqui dies nõ ẽ nox igit̃ eſt.uel ſi in eadem ꝓpõne quæ ex negantia atq; affirmatione copulata eſt q̃ ẽ ſi dies nõ ẽ nox ẽ priori parti negantia ſubtrahat̃ fiet repugnãs hoc modo.ſi dies eſt nox ẽ eaq; de abnegetur ut ſit uera ponaturq; hoc modo nõ ſi dies ẽ nox eſt quod primũ eſt:ut id quod ſequatur auferatur hoc mõ non ſi dies eſt nox eſt atqui dies ẽ nox igitur nõ eſt.uel ſi cõnexæ ꝓpoſitiõis ex affirmatõe & negamtia copulatæ:ut ſi uigilat nõ ſtertit poſteriori parti negatio dematur:ut ſi uigilat ſtertit ſit repugnans totaq; porro abnegetur: ut ſiat uera poſitoq; priore hoc mõ non ſi uigilat ſtertit: id quod ſequitur interimatur hoc mõ non ſi uigilat ſtertit atqui uigilat non ſtertit igr̃.hæc omnia in tertio eẽ modo facile intelliguntur quæ ex repugnantibus fiunt ubi ſemꝑ id quod antecedit ponitur:ut id quod ſequitur auferatur.quartus uero modus eſt cũ in diſiunctiua ꝓpõne primum ponitur:ut auferatur ſecundũ hoc modo.aut dies ẽ aut nox ẽ atqui dies ẽ nox igr̃ non ẽ.quitus modus ẽ quotiens in diſiunctiua ꝓpoſitione aufertur quod prius ẽ ut ponatur ſecundũ hoc mõ aut dies ẽ aut nox ẽ non eſt aũt dies nox igitur ẽ. ſextus modus cũ in his rebus quæ in diſiunctiõem uenire poſſunt.i. cõtrariis uel repugnantibus medietate caẽtibus negatio p̄ponitur:& copulatiuæ cõiunctiones adiũguntur ponturq; quod eſt primũ:ut id qd ſequitur auferatur hoc mõ non ẽ dies:& nox eſt.dies autem eſt.nox igitur non eſt.ſeptimus modus eſt cũ in eadem ꝓpõne aufertur qđ præcedit negatione:ut ponatur id quod ſequitur.hoc modo:non & dies & nox eſt.atqui dies nõ eſt nox igitur eſt. Proximus eſt locus efficientiũ reꝝ quæ cãæ appellãtur: & quæ ſequũtur.poſt eũ locũ qui in cõditione ẽ ſequens ſuit ex cauſis.cũ igitur ariſtoteles q̃ttuor poſuerit cauſas q̃bus omnia fiunt primã quæ mouendi principium ẽ. ſecundã ex qua ſit aliquid quã materiã uocat tertiã rõnem. ac ſpeciẽ qua unũquodq; formatur:q̃rtã finẽ ꝓpter quem unũquodq; efficitur.Cic.pricipalẽ cauſaꝝ diuiſionẽ facit in ea q̃ efficiũt aliq̃d:& ea ſine q̃bus effici neq̃at:ut id qđ efficit ad eam cãm referatur in qua motus principiũ cõſtitutũ eſt:id uero ſine quo non fit aliquid:tum ad intellectum materiæ referatur uel eorum q̃ cõiuncta materiæ efficiẽtis adiuuant facultatẽ:tũ ad reliquas cãs trahatur ut poſt paulũ appebit. eius igr̃ cauſæ q̃ ui ſua id qđ ſub ea ſubiectũ eſt efficit ponit exemplũ:ut ignis accẽdit.nã accẽſiõis ipſius cauſa ignis eſt mouetq; ac ꝑmutat id quod accenditur.eam uero cauſa ſine qua id qđ faciendũ ẽ nequit fieri excẽplo oſtendit inq̃ens: ut ſi q̃s æs cãm ſtatuæ uelit dicere:qđ ſine eo ſtatua eẽ nõ poſſit.eam igitur cãm ſine qua id quod faciendũ ẽ fieri nequit diuidit hoc modo.alia enim eius ſunt q̃eta nihil agẽtia:& ſtolida quodãmõ hæc ſi extrinſecus agendi motus nullus acceſſerit immobilia ſunt: ſunt aũt ut locus tp̃s materia ferramẽta:& cætera generis eiuſdem oẽ enim quod fit fiat in loco neceſſe eſt.locus aũt ip̃e immobilis ẽ ad aliquid efficiendũ tẽpus quoq; actioni ſubiectũ eſt.fit enim ĩ tempore quicq̃d fit. Iteq; materia & inſtrumẽta niſi manu moueantur artificis ip̃a nihil utiq; egerint.eiuſdẽ generis etiã ſunt ſine q̃bus nihil ſit illa q̃ in motu poſita p̄curſionẽ quandam ad efficiendũ ac p̄parationem uident̃ afferre:ut amoris cauſa ẽ cõgreſſio q̃ ab aliquo p̄curri põt:& amor flagitii ex his inq̃t cauſis fatũ ſtoica diſputatio cõnectit.fatum enim dicunt eẽ ſtoici precedentiũ cauſarum ſubſequentiumq; rerum quãdam quaſi cathenam ſe continentem.unde & chryſippus in libro.quem περι προνοιασ inſcripſit fatũ dicit. eſſe φυσικην τινα συνταξιν των ολων εξ αϊδιου των ετερων τοισ ετεροισ επακολουθουντων μεταπολυμενου απαραβατου ουσησ τησ τοιαυτησ συμπλοκησ.exemplo ſiat clarius quidam domo deſcendens peregre profectus ẽ

proximus eſt locus efficientium reꝝ quæ cauſæ apellantur.deide rerum effectarum ab efficientibus cauſis.harum exempla: ut reliquorum locorum paulo antepoſui equidem ex iure ciuili:ſed hæc patent latius..Cauſarum igit̃ genera duo ſunt. Vnum quod ui ſua id quod ſub ea ui ſubiectum eſt certe efficit: ut ignis accendit.alterum quod naturã efficiendi habet: & ſine quo effici non poſſit. ut ſi quis æs cauſã ſtatuæ uelit dicere quod ſine eo nõ poſſit effici. huius generis cauſarum ſine quo non efficitur: alia ſunt quieta nihil agentia:ſtolida quodãmodo:ut locus: tẽpus materia ferramẽta:& cætera generis eiuſdẽ. Alia autẽ præcurſionẽ quandam adhibent ad efficiẽdũ:& quædam afferũt per ſe adiumenta:& ſi non neceſſaria:ut amori congreſſio cauſã attulerit amor flagitio.Ex hoc gene-

re cauſatum ex æternitate pendentiū fatum a ſtoieis nectitur. Atq; ut earum cauſarum ſine quibus effici non poteſt: genera diuiſi ſic etiam efficientium diuidi poſſunt. Sunt enim aliæ cauſæ quæ plane efficiant nulla re adiuuante. aliæ quæ adiuuari uelint ut ſapientia efficit ſapiētes ſola per ſe beatos efficiat nec ne ſola per ſeſe quæſtio eſt. Quare cum in diſputatione inciderit cauſa efficiens aliqd neceſſario ſine dubitatione licebit quod efficitur ab ea cauſa cōcludere. Cum autem erit talis cauſa ut in ea non ſit efficiendi neceſſitas: neceſſaria concluſio non ſequitur: atque illud quidē genus cauſarum quod habet uim efficiēdi neceſſariam: errorem afferre non fere ſolet. hoc autem ſine quo non efficit̄ ſæpe conturbet. non autē ſi ſine parentibus filii eſſe non poſſunt propterea cauſa fuit in parentibus gignendi neceſſaria. hoc igit̄ ſine quo nō fit: ab eo in quo certe fit: diligēter ē ſeparādū. illud enī eſt tāquā: utinā ne ī nemore pelio. niſi eni cecidiſſent abiegnæ ad terram trabes: argo illa facta nō eſſet. nec tamē fuit ī his trabibus efficiēdi uis neceſſaria. At cum aiacis nauim criſpi ſulcās igneū fulmen iniectū ē: īflammat̄ nauis

quod parentum iram ferre non poterat. ideo autē non ferebat. quia amore amicæ detinebatur. amabat autem: quod ſæpe ante fuerat cōgreſſus: cōgreſſus aūt fuerat: qđ blandū ſibi amicæ uultū uiderat. uidiſſe autē blandū eius uultum potuit quod quiduis aliud anteceſſerit. itaq; ordine p̄cedentium cōſequentiumq; re℞ a ſtoicis fatum nectit̄. diuidit porro cā cām q̄ ui ſua aliquid efficit in cā q̄ ad aliquid efficiēdū ſibi ſufficiat: eāq; quæ alterius īdigeat adminiculis. ſufficit āt ſibi ad efficiendū: ut ſapiētia q̄ ſapientes per ſeſe pōt efficere: ſed num hæc ſola beatos poſſit efficere q̄ſitum ē: & q̄ iuuent ſint extrinſecus quoque adiicienda: ut fortunæ bona uel corporis. Ille āt cauſæ quæ tā per ſe ad efficiendū ualent quæ alterius indigēt adminiculo ab ariſtotele pricipium motus appellant̄: licet de ſapiētia exemplum parū fortaſſe conueniat. ſi quidē ſapientes ſimus ſapiētia .i. ratiōe q̄dam: & q̄ſi forma. ea aūt cā quā Cice. dicit ſine qua non fit aliqd hoc ē: materia tēpus locus q̄ ſūt efficiētis ſubiecta naturæ uel materia ſunt uel uice materiæ ſubiecta iſtrumēta eius cāæ ſūt q̄ ad finem ſpectant. nā pp aliquē finē p̄parantur. nec mirū cuiq; uideatur q̄ cicero amoris cōgreſſiōe nūerauerit iter eas cās ſine qbus effici nō pōt cū agat aliqd ac moueat: & inter eas quæ uim hēant afficiēdi cōgruētius potuiſſe numerari uiſa fuerit. merobaudes enim rhetor hāc dubitationem q̄ mētē alicuius ſubrepe potuit: ita diluit. earū eni inquit cārum: quæ efficiēdi uim habent cā eſſe uim: ut ētſi adminiculis extrīſecus īdigeāt effectus tamen ea℞ ad id ſpectare qđ efficiēdū ſit: ut ignis ad urēdū aq̄ ad irrigādū. at in his cauſis q̄ p̄currūt ēt ſi qd antecedēs fuerit nō tamen qdq̄ agit: ſed q̄dā futuri effectus occaſione p̄currit illud uero ipm qđ eſt: ut amor ex aliis naſcitur agētibus uelut cōgreſſione. ē. n. amor & p̄cedēte: ut diximus cōgreſſione. Cū ergo amor ſine antecedēte cōgreſſione fuiſſe nō poſſit intelligi recte inter eas cās poſita a Ci. uidebit̄. ſine qbus nō efficit̄. Quare cū i diſputatiōnē īciderit cā efficiēs aliqd neceſſario ſine dubitatōe licebit qd efficit̄ ab ea cā cōcludere. cū āt erit talis: ut ī ea nō ſit efficiēdi neceſſitas cōcluſio nō ſeq̄t atq; illd qdē genus cā℞ qđ hēt uī efficiēdi neceſſariā errorē afferre nō fere ſolet. hoc āt ſine quo nō efficit̄ ſæpe cōturbat. nō āt ſi ſine parētibꝫ filii eē nō poſſūt: pp̄terea cā fuit i parētibꝫ gignēdi neceſſaria. hoc igit̄ ſine quo nō fit ab eo ī quo certe fit diligēter ē ſeparandū. illđ. n. ē tāq̄ utinā ne i nēore pelio. niſi. n. cecidiſſēt abiegnæ ad terrā trabes argo illa facta nō eēt. nec tamē fuit ī trabibꝫ efficiēdi uis neceſſaria. at cū in aiacis nauem criſpi ſulcās igneū fulmē iniectū eſt inflāmat̄ nauis neceſſario: Prima cauſarū diuiſio a cicerone facta eſt in ea quæ efficeret aliquid: & ea ſine quibus effici nō poſſit. ac illud quidē qd efficeret in gemina p̄titus ē in id qd ad efficiendū aliquid neceſſariā uim poſſideret neq; ullus indigeret extrinſecus auxilio: & inde id qđ ſine alterius adiumento agere atq; efficere nō poſſet ac primū de ea loquit̄ cā quæ efficiendi uim tenet. eius. n. ea p̄s cuī efficiendi neceſſitas adeſt ſtatim ſecū cōcluſiōem trahit comitem. eā. n. cām quā diximus quā aliqd neceſſario efficit effectus ſeq̄tur neceſſe ē: ueluti ſiquis ſolem affuiſſe dicat lucem quoq; fuiſſe ſignificabit. aut cū cuiq̄ adeſſe ſapientiā dixerimus ſapiētē eū eē neceſſe ē fateamur. at ī cauſis efficiētibus quæ alterius īdigent adiumentis nō eſt neceſſe effectū ſequi. nec ullā in rebus efficiēdis neceſſitatē: iō dicta cauſa nō ſtatim ſequit̄ effectus. neq; enim ſi cōgreſſus ē mox amabit. nec ſi fuit æs ſtatuā quoq; fuiſſe neceſſe eſt: p̄inde aliæ ſunt cauſæ neceſſariæ. aliæ minime nō neceſſariæ. aliæ ſunt efficiētes. aliæ ſine quibus non efficit̄. neceſſariarū uero cauſa℞ concluſio nō ſolet cōturbare quod cauſa dicta ſequatur effectus. nō neceſſariarum uero: q̄ ſunt efficiētes nō habet ſubſeq̄ntē effectus cōcluſionē: neq; enim ſi liberi ſine parētibus nō ſunt idcirco in parētibus efficiendi cauſa neceſſaria fuit cum in poteſtate hoīum ſit gignere. ea aūt cauſa quæ ip̄a quidem nō efficit: ſed ſine ip̄a effici non poteſt eſt: ut ennii uerſu oſtenditur. niſi enim cecidiſſent abiegnæ ad terram trabes argo illa facta non eſſet. ex trabibus nanq; argo facta eſt: ſed nulla erat neceſſitas trabibus: ut ex eis nauis fieret. at uero ea cā quæ eſt efficiens & quæ in ſe continet ſuā neceſſitatem huiuſmodi eſt cuiuſmodi cum in aiacis criſpi ſulcās nauim igneum fulmē iniectū eſt: ſtatim enim accēdendi nauim neceſſaria cā eſt: quia ignis accēdēdi uis ēſt neceſſaria q̄tū in ſe eſt. ſed hæc cicero paulo obſcurius protulit nimia breuitate conciſus. iquit. n. atque illud quidē genus cārum quod habet uim efficiendi neceſſariam errorem afferre non fere ſolet. hoc autem ſine quo non efficitur ſæpe cōturbat q d cū dixiſſet exēplum dedit: ſed neutri cōueniens: nam cū uel neceſſariā cauſam efficientem uel eam ſine q̄ nō efficitur propoſuiſſet eius cauſæ poſuit exemplū quæ afficit quidem aliqd ſed non ſine alterius auxilio hoc modo. non enim ſi ſine parentibus filii eſſe nō poſſunt id pp̄ter cauſa fuit i parentibus gignē

neceſſario. Atque etiam eſt cauſarum diſſimilitudo quod aliæ ſūt ſine ulla appetitione animi ſine uoluntate ſine opinione ſuum quaſi opus efficiāt uelut omne itereat quod ortum eſt. Aliæ autem aut uolūtate efficiunt: aut peturbatione animi: aut habitu: aut natura: aut arte: aut caſu. Voluntate ut tu cum hunc libellum legis: perturbatione: ut ſi quis euentum horum temporum timeat: habitu ut q facile & cito iraſcatur. natura: ut uitium in dies creſcat: arte ut bene pingat. caſu ut ꝓſpere nauiget. nihil horum ſine cauſa. ne quicquā omnino ſed huiuſmodi cauſæ non neceſſariæ. omniū autē cauſaꝝ in aliis ineſt conſtantia in aliis non ineſt in natura & in arte cōſtātia eſt in cæteris nulla. Sed tamē eaꝝ cāꝝ quæ nō ſūt cōſtātes aliæ ſūt ꝑſpicuæ aliæ latēt. Perſpicuæ ſunt quæ appetitionē animi iudi

di neceſſaria. parentes enim cauſa ſunt efficiens ſed per ſe neuter: & ea cauſa eſt ſine qua fieri non poſſit cum ipa uim efficiendi non haber. itaqꝫ nec cauſæ neceſſariæ nec efficientis poſuit exemplum nec eius ſine qua fieri nihil poſſit: ſed ſi efficientis non ramen neceſſariæ. ſed uidet̄ tacuiſſe in ꝓpoſitione id cuius poſuit exemplū: ita enim dicere apertius putamus. atqꝫ illud quidem genus cauſaꝝ quod haber uim efficiendi neceſſariā errorem afferre non fere ſolet. hoc autem non habet uim efficiendi neceſſariam errorem afferre non fere ſolet. hoc autem nō habet uim efficiendi neceſſariam uel hoc ſine quo non efficitur ſæpe conturbat. itaqꝫ ſic intelligendum eſt ac ſi ita dictum ſit nam de neceſſaria cauſa nullū poſuit exemplū: quod uero ſubiecit utriſqꝫ cauſis conuenit poſterius enumeratis tam efficienti: nō neceſſariæ ꝙ ei ſine ꝙ nō efficit̄. parētes nāqꝫ tā ſexus maſculini ꝙ fœminini eē dicunt̄ quoꝝ qdē maſculini ſexus ea cā ē quæ efficiat. ſed non neceſſaria. fœmini uero ea quæ nō efficiat. ſed ſine qua effici nō poſſit. atqꝫ etiā eſt cāꝝ diſſimilitudo quod aliæ ſūt ſine ulla appetitōe animi ſine uolūtate ſine opinione ſuū quaſi opus efficiant uelut omne itereat quod ortum ſit. aliæ autem uoluntate efficiantur: aut perturbatione aī: aut hītu: aur natura aut arte aut caſu. diuidit rurſum cās hoc mō cāꝝ aliæ ſūt quæ ſunt quadā ui ſine appetitione ſine uolūtate ſine opinione unū in efficiēdis rebus ordinem tenent: ut eſt iterire oīa quæ orta ſunt: ortum. n. oēm ſequitur iteritus: ea ſiquidem eſt q̄ttuor illoꝝ principioꝝ natura: ut quicquid ex eis componat̄ aliquādo diſſoluatur neceſſe ſit nec ipē ortus ur intereant uel appetitōe aliqua: uel uolūtate uel opinione id effi ir: ſed quod a rerū primordio cā ſit quatuor illis ſeminibus: unde oīa iiūt corpa a teꝝ omniū cōditore natura tributa motuſqꝫ perpetuus ut quæ ex eis cōponantur poſtea diſſoluātur. aliæ itē ſunt cauſæ quæ aut in uoluntate aut in animi ꝑturbatiōe: aut in habitu aut in naruta aut in arte caſū ue conſiſtūt. uolūtate: ut ſi quærat aliquis cur trebatius hunc a Cice. ad ſe miſſum libꝝ legat reſpōdebit: quia legēdi uolūtas eſt: animi ꝑturbatōe: ut ſi quis timore paleſcat: aur bellorū ciuiliū futuraſqꝫ ciuiū cædes formidet: ut ſi qs roget quæ nā cā te animo eſſe ꝑturbato cōpellit reſpondeat̄ bella ciuilia quæ imīnere uideo. habitu ut ſi quis ciceronē interroget quæ nā cā ſit: quod tā diſerte oīa: & copioſe dicat reſpōdeat uſus ſcribēdi exercitatioqꝫ: & multa legēdi intelligendiqꝫ cura pręcipua. uel ſi iterroget quid ſit qd alius tā facile iraſcat̄ reſpōdeat habitū nō cōpeſcēdi irā ira factū. natura. ut ſi iterroget̄ qſpiā qd nam i cā ſit ꝙ tā iracunde omnibus reſpōdeat iſque dicar natura id fieri idqꝫ uicium in dies excreſcete ſiue conſuetudine ſiue natura ita iubēte. creſcit. n. plærūque ex cōſuetudine q iſitus natura morbus ē. arte ut ſi qs roget quæ nam ſit cā cur pingat aliqs tam egregie: & reddatur pingendi ars caſu. ut ſi quis cām roget cur tā ꝓſpere nauiget reſpōdeatur caſus atqꝫ hoꝝ nihil ſine cā eſt: & hæc ſingula uim nobis ſuppeditant argumēti licet eiuſmodi ſint: ur nullā ferant neceſſitatē: item oēs cauſæ ꝙ ex uolūtate uel ꝑturbatiōe animi itelligunt̄ eam ſpectant cām quā mouendi principiū ariſtoteles appellauit. hæc eni: ut aliqd efficiat̄ mouendi principiū ſunt quæ aūt in arte uel habitu: uel natura ſunt in rōne cōſiſtunt. rō eni uniuſcuiuſqꝫ efficiēdæ rei in arte: & habitu: & natura poſita ē. caſus aūt exterior eſt cauſa nec iter pricipales ab ariſtotele numerat̄ licet Cic. id fecerit. Omniū āt cāꝝ in aliis ineſt cōſtātia. in aliis nō ineſt in natura: & in arte cōſtātia eſt i cæteris nulla. ſed tamē eaꝝ cauſarū quæ nō ſūt cōſtātes aliæ ſūt ꝑſpicuæ: aliæ latent. cauſaꝝ aliam diuiſionē rurſū adiicit dicens. cāꝝ aliæ ſunt cōſtantes. aliæ uero icōſtantes. cōſtantes ſunt quaꝝ nō fere uariat̄ effectus. icōſtantes aūt quæ tranſmutationibus ſunt obnoxiæ. omnia igitur quæcūqꝫ ex natura atqꝫ arte deſcendūt conſtantia ſunt. natura qppe atqꝫ ars ſuū ſemp opus: cōficiunt niſi ſubiecta obſtet materia caſuſue extra artē ullus offēderit. nam quod idē artifex ex eadē ſæpe materia non admodum ſimiles format ſtatuas non hæc eſt in arte uarietas: ſed tū in artificis manu quæ artis integritatem aſſequi nō potuit. tum in ipſa materia quæ æqualiter ſemp ſe nō ſubiicit. idem in natura eſt. ſeruat enim conſtantiam cū hominem: aut quiduis format q̄tum ad eius ſpeciei formam attinuit integrū. at cum mōſtroſe aliquid editur nō naturæ uicio: ſed materiæ aut latentis alicuius cauſæ occurſu obueniſſe credendū eſt. ſed iter cōſtātes cauſas habituſque potuit adiungi. nam quod ex habitu cuiuſqꝫ fit id cōſtans nec mutabile eſſe ſolet quandoquidē habitus nominat̄ quod a diuturnitate habēdi i naturæ ſimilitudinem uertitur aur quamobrem quod imutari pene impoſſibile ſit dixit Ariſtoteles ἐξεισ Δε ισιν καθασ προσ ταυ Ια εχομεν ευη κακωσ. ſed fortaſſis illud ſpectauit Cicero. quod natura atque ars nō tam in effectibus conſtantes ꝙ in propria ratione eſſe intelliguntur unde & materiæ imputantur ſi quid in natura arte ue erratum inueniatur: habitus autem ex conſuetudine quadā colligitur nec aliquid fortaſſe rationi tribuit ea porro quæ non ſunt conſtantia in ea diuidit quæ perſpicua ſūt & in ea quæ latent. perſpicua ſunt quæ animi quolibet motu: uel appetitione uel iudicii ratione perficiuntur.

Latent autem quæ fortunæ ſubiacent. nam quia non ignorat animus in quam potiſſimum partem declinet neceſſe eſt nota eſſe quæ ex uoluntate: uel animi iudicio fiunt. itaque quoniam dementes: & inſani nullam uo-

luntatẽ habẽt nedũ mẽtis iudiciũ certi nihil agere poſſũt quãdoqdẽ bellicari ritu ſenſibus ferunť nõ rõne q̃obrẽ cũ ſit uolũtas cũ rõe appetitio.ũde & a platone diffiniť.βουλησισ εσσι μεταλογου ορθου ορεξισ μεταλογου καταφυσιν nõ ẽ dubiũ qn a demẽtis mẽte ſit aliẽa.fortuna uero atq; caſus ſemꝑ ignotus ẽ:cuius qdẽ natura æq̃ ĩcerta eẽ ꝓhibeť atq; ea q̃ ex ipis caſibꝫ fortunaq; fiũt.ſed qdnã ẽ ꝙ Cicero caſũ diffinit euentum cauſis latẽtibus effectum:num ſi adhuc lateret quibus cauſis ſolis defectus lunæue euenerit a fortuna caſuue fieri dicerenť cũ ex cõſtantibus cæli motibus rataq; rõne fieri intelliganť?nullus hoc philoſophus dici recte poſſe recipiet.enim uero tam plato q̃ ariſtoteles aſſerunt quæ uel rebus uita carentibus uel ſine rõne uiuẽtibus animalibus accidũt non ex natura uel arte omnia caſu facta dici.q̃ uero hoibus accidunt uel fauentia negociis eorũ uel aduerſãtia fortuita:&ex fortunæ arbitrio deputari.itaq; id a cicerone ita dictum crediderim quia nõ de hac re ſibi fuit diſputandum:ſed utpote ad trebatiũ ſcribente paulo minus argute id eſſe cõſulto ab eo poſitũ:& cum omnia quæ certis de cauſis fiãt:iã manifeſto depræhẽſa uideantur nec amplius q̃cq̃ latitare:qđ itelligi queat uideať.caſus ãt & fortuna nulla oĩo rõne fieri ĩtelligi poſſint:ita caſũ diffiniſſe unde & latenter efficiť dixit non dixit quæ nos lateret:or eius rei eã eẽ naturã oſtẽderet ut lateret:ẽt ut ea quæ fiũt partim ſint ignorata partim uoluntaria.ignorata quæ neceſſitate effecta ſũt.uoluntaria quæ cõſilio.quæ aũt fortuna uel ignorata uel uoluntaria.his addit aliã cãꝝ partitionem.ait autẽ alias cãs eẽ uolũtarias alias ignoratas uolũtarias eas quæcũq; ex iudicio animi ueniũt.ignoratas ĩ qbus neceſſitas dominatur.i.in qbus aut oĩno nolumus aut ne ſi uelimus qdem aliter poſſimus efficere:ut in natura atque caſu neceſſitate ſi quidẽ naturæ grauia dehorſum feruntť:&leuia ſurſũ.neceſſitate itẽ factũ dicimus:ut aliqs ignorans qui iacto trãs parietẽ lapide ꝑtereũtẽ hoiem peremerit nõ quo aliter fieri ſed ꝙ niſi iacto lapide feriri nõ potuerit:uolũtatẽ uero a fortuitis euẽtibus uno exemplo aptiſſime ſeiũxit:ueluti ſi tælũ iaciẽtes ferire quẽpiam nolimus iacere ex uolũtatis naſciť arbitrio.idcirco.n.iecimus:qa uoluimus.ignoramus aũt quẽ ſimus pcuſſuri.neq; iecimus qa pcutere uoluerimus.ſi eni nõ ignoraſſet nõ pcuſſiſſet.ex quo inqr aries ille ſubiiciť ĩ ũris actionibus ſi tælum manus fugit magiſq̃ iecit teſtudo a ueteribus contexebatur quæ ne exureretur iacto igne coriis uel ciliciis centonibuſq; ueſtiebať hæc ĩtrinſecus accipiebat trabẽ q̃ adunco ꝑfigebať ferro.cui falx nomẽ fuit qđ icurũ more falcis eẽt:ut e muro lapides extraheret aut certe caput ipius ueſtiebať ferro appellabaťq; aries:uel qđ duriſſimã frontẽ hẽret qua ſubuertebat muros:uel qđ more arietis retro cedebat:ut cũ impetu uehemẽtius feriret.hoc ergo dicit ex quo aries ille ſubiiciť.i.accuſantis more arietis expugnatio adhibeť cũ defẽdiť hoc mõ q. pcuſſerit:ut dicať tælũ manus fugit quo tæli miſſi ĩprudẽtiã oſtẽdamus nec cõſulto iactũ fuiſſe oſtẽdemus:ita q ſi qs accuſeť cædis aliquãdo hac ſolet euadere defẽſione.de pturbatiõibus aũt aĩoꝝ dubitari põt:ut cũ uoluntariæ ſint an neceſſitate uel ignoratiõe obueniãt.peccata enim oio uolũtaria eſſe intelliguntť.ſed cõfuſo obſcuraroq; plærũq; iudicio cæci peccata uidemur ĩcurrere hinc euenit:ut nõ inter uolũtarias:ſed iter ignoratas uel neceſſarias cãs animi pturbatio eſſe uideať.tantũ eni plerũq; animus pturbať:ut a rõne oĩo diſcedat ac cõſulentiũ recte admonitiões aio cernere non queat.oĩs eni animi pturbatio iudiciũ rationẽq; ſubuertit:quãobrẽ quicqd ex eis obuenerit uiolenta uidetur neceſſitate potiuſq̃ libera ex uoluntate deſcendere. Toto igitur loco cauſarum explicato ex earum differentia in magnis quidẽ cauſis uel oratorum uel philoſophorum magna argumentorum ſuppetit copia diuiſio cauſarum loco atq; per ordinem ſuis partibus diſtributo de loci eiuſdem facultate q̃uibuſq; huberius:& quibus anguſtius accõmodetur:uti mos eſt ſuus cicero ediſſerit primum enim inquit oratoribus:& philoſophis quorum diſputationes largius effunduntť multa ex cauſarum loco copia ſuppeditatur.nam cum de qualibet re quæritur eius cauſæ a philoſophis iueſtigari ſolẽt quibus propoſitis ſequitur quod concludendum eſt:& oratores ad ſuſpitionem mouendam amouendamue factorum cauſas requirunt inde quoniam ad trebatium ſcribit cicero:hunc quoq; locum iuriſconſultorum reſponſionibus accõmodatũ eſſe oſtendit in quibus maxime eorum apparet prudentia.priuatarum ſi quidem quæſtiones cauſarũ in iuriſconſultorũ prudentia maxime uerſanť:&in quibus bonæ fidei iudicia nectuntur.in his enim quis fuerit cõtrahentium animus quæri ſolet.cognoſci autem animus qui poterit niſi præcedentibus cauſis?in his igitur iudiciis in quibus additur:ut ex bona ſide iudicent hoc eſt ubi iudices dantur non ut ſeuero iure inter litigantes ſtipulationes ſtringant:ſed bonam ſidem quærant plurimum canſarum uſus facit in quibus etiam additur:ut inter bonos bene agi oportet conſiderantur mores:inquitũtur conſilia ſtatuiturq; quibus quicq; de cauſis admi/

ciumq; tangunt:latent quæ ſubiectæ ſunt fortunæ. Cum enim nihil ſine cauſa fiat hoc ipſum eſt fortunæ euentus obſcura cauſa:& latenter efficitur.etiam ut ea quæ fiunt partim ſint ignorata parti uoluntaria.ignorata quæ neceſſitate effecta ſunt uoluntarie:quæ conſilio.Quæ autem fortuna uel ignorata uel uolũtaria.Nam iacere tælum uolũtatis eſt:ferire quẽ uolueris fortunæ.Ex quo aries ille ſubiicitur in ueſtris actionibus.Si tælum manum fugit magis quam iecit.Cadunt etiam in ignorationem atque in imprudentiã perturbationes animi quãquã ſunt uoluntariæ:obiurgatiõe & admonitione enim deiiciuntur:tamen habent tãtos motus ut ea quæ uoluntaria ſunt aut neceſſaria interdum aut certe ignorata uideantur. Toto igitur loco cauſarum explicato ex earum differentia in magnis quidem cauſis uel oratorum uel philoſophorum magna argumentorum ſuppetit copia.In ueſtris autem ſi non uberior at fortaſſe ſubtilior.priuata eoim iudicia maximarum quidem rerũ

niſtrandum ſit.item in rei uxoriæ iudicio cãrum huberrimus ẽ cãpus ueluti cũ poſt diuortiũ de dote lis naſcit̃
dos enĩ licet marrimonio cõſtãte in bonis uiri ſit in uxoris nõ iure:& poſt diuortiũ uideri põt.dos enim irerdũ
his cõditionibus dari ſolebat:ut ſi ĩter uiꝝ uxorẽq; diuortiũ cõtigiſſet:qd melius æquſq; eẽt.apud uiꝝ relinqre
tur reliquũ dotis uxori reſtitueret̃ in quo iudicio nõ tãtũ boni natura ſpectari ſolet ueꝝ etiã cõparatio bonoꝝ:
ut nõ tam qđ æquũ bonũ:ſed qđ æquius meliuſq; eſt nobis ſequendũ ſit.q̃ oĩa ex p̃cedentibus cauſis ueſtigari
ſoleat.nã ſi uiri culpa diuortiũ factũ ẽ æqus meliuſq; eſt apud uirũ nihil manere ſi a mulieris æqus meliuſq; eſt
ſextã ptẽ retineri.ĩ hiſq; oĩbus paratiſſimi eẽ iuriſcõſulti debẽt.quo fit ut ĩ reba.quoq; ad hæc hortet̃ ĩtelligẽda.
multa enim ĩnqt ſũt q̃ hoꝝ ope
ram expectant.ſi quidẽ illi dolũ
malũ illi bonã ſidẽ illi æquũ bo/
nũ.illi etiã qd ſocius ſocio p̃ſtare
debeat ex cauſis p̃cedẽtibus diiu
dicant.is quoq; q gerẽdũ cuiuſq̃
ſpõte ſuſceperit negociũ: & is q
mãdauerit ei cui mãdauerit ſuo
rũ actiones negocioꝝ cãis iudi/
cat qd uir uxori qd uxor uiro de
beat.hæc oĩa cãꝝ cognitione iu/
dicari recte queũt.oĩa nãq; quæ
quiſq; alteri p̃ſtare debet cãs hr̃e
uel eoꝝ tractãdis iudicãdiſq; ne
gociis cãe ſunt cur potius hoc q̃
illud iudicet faciendũ.quocirca
recte cõcluſit diligẽter cognitis
argumẽtorũ locis nõ tãtũ orato
ribus & philoſophis:ſed ẽt iuriſ
conſultis argumentoꝝ copiam
nõ deſuturã. Cõiunctus huic
cauſaꝝ loco locus ille eſt qui effi
ficitur ex cauſis:ut enim cauſa ef
fectum indicat.ſic quod effectũ
eſt quæ fuerit cauſa demonſtrat
hic locus ſuppeditare ſolet ora/
toribus:& poetis ſæpe etiã phi/
loſophis:ſed his qui ornate &co
pioſe loqui poſſunt mirabilẽ co
piam dicendi cum denũciãt qd
ex qua re ſit futurum:cauſarum
enim cognitio cognitionem effe
ctorũ facit.omnia quæ ad ſe re/
feruntur recte dicuntur eſſe cõ/
iuncta:ipſa enim relatio rerum
efficit cõiunctionem:quod ſi cauſa alicuius eſt cauſa: ut eſſe oportet non alterius niſi ſui effectus eſt cã: iure igit̃
ab effectis locus cauſaꝝ loco cõiunctus dictus eſt: & cum cauſæ multam argumentorum copiam ſuggerant:
effectus quoq; idem facere neceſſe eſt:hic locus licet philoſophis ſuppeditare magnam argumentorum poſſit
copiam quippe quod nõ tãtũ a cauſis effectus demonſtrant:ſed etiam ex effectu cauſam probant nec id tantum
phyſici uerũ etiã aliquando mathematici quoꝝ ſcientia in demonſtratione tota uerſatur: oratoribus tamen &
poetis qui copioſe loqui poſſunt uim argumentorum maximam ſuggerũt.oratoribus quidem uelut ipſe Ci/
cero:ut exẽpli grã aliquid ſubiicitamus: p̃ flacco.ſui cuiq; ciuitati religio læli eſt noſtra nobis ſtantibus hieroſoly
mis paccatiſq; iudæis:tamen iſtorũ religio ſacrorũ a ſplẽdore huius imperii grauitate nominis noſtri maiorũ
inſtitutis abhorrebat:nũc uero hoc magis:quod illa gens quid de imperio noſtro ſentiret oſtẽdit armis q̃ cara
diis immortalibus eſſet docuit quod eſt uincta quod eſt capta quod ſeruata ex effectu:& enim cauſam probat.
non eſſe caram diis immortalibus cum hæc obuenerint:quæ res in leuiſſimis:& aliquando deprænditur:ut
idem pro balbo:erat accuſatoris interprætatio indigna reſponſione qui ita dicebat comiter eſſe communiter.
quaſi uero priſcum aliquod aut iſolitum uerbum interprætaretur comes:benigni: faciles ſuaues homines eſſe
dicuntur qui erranti comiter monſtrant uiam benigne non grauate:communiter quidem certe non cõuenit:
cur enim indignum fuiſſe cui reſponderet oſtendit ex rei leuitate: & ex eo effectu hominis annotauit imbecilli/
tatem:poetis uero ut uno ſim lucretii contentus exemplo:qui ex multis effectibus ingentem peſtem athenien/
ſes inuaſiſſe ita oſtendit. Principio caput incenſum feruore gerebant: Et duplices oculos ſuffuſa luce ruben:
tes. Sudabant etiam fauces intrinſecus atræ. Sanguine uiſceribus uocis uia ſepta coibat: Atque animi in
terpres manabat lingua cruore: Debilitata malis:motu grauis aſpera tactu. Inde ubi per fauces pectus cõ/

in iuriſconſultorum mihi uidentur eſſe prudentia. nam & adſunt
multum:& adhibentur in conſilia & patronis diligentibus ad eoꝝ
prudentiam confugientibus haſtas miniſtrant. In omnibus igitur
his iudiciis ĩ quibus ex fide bona eſt additũ. ubi uero etiam ut iter
bonos bene agere oportet. In primiſq; ĩ arbitrio rei uxoriæ in quo
eſt quid eius melius æquiuſue parati eſſe debent. illi dolum malũ
illi fidem bonam:illi æquum bonum.illi quod ſociũ ſocio. Quid
eum qui negocia aliena curaſſet ei cuius ea negocia fuiſſẽt quid eũ
qui mandaſſet eumue cui mandatum eſſet alterum alteri præſta/
re oporteret.& quid uirum uxori quid uxorem uiro tradiderunt.
Licebit igitur diligenter cognitis argumentorum locis non modo
oratoribus & philoſophis:ſed iuris etiam peritis copioſe & de con
ſultationibus ſuis diſputare.Coniũctus huic cauſarum loco locus
ille eſt qui efficitur ex cauſis. Vt enĩ cauſa quid ſit effectum ĩdicat
ſic quod effectum quæ fuerit cauſa demonſtrat.hic locus ſuppedi
tare ſolet oratoribus &poetis:ſæpe etiam philoſophis.Sed his qui
ornate & copioſe loqui poſſunt mirabilem copian dicendi cũ de/
nunciant quid ex quaq; re ſit futurum. Cauſarum enim cognitio
cognitionem euentorum facit.Reliquus eſt comparationis locus
cuius genus & exemplum ſupra poſitum eſt:ut cæterorum nunc
explicãda tractatio eſt. Comparant̃ igitur ea quæ aut maiora aut
minora aut paria dicũt ĩ quibus ſpectantur hæc numerus ſpecies
uis quædam etiam ad res aliquas affectio. Numero ſi compara/
buntur plura bona ut paucioribus bonis anteponantur paucio/
ra mala: malis pluribus diuturna bona:breuioribus longe:& late

plerat & ipſum:Morbida uis in cor mœſtum confluxerat ægris:Omnia tum uero cum uitæ clauſtra lababant:Spiritus ore foras tætrum uoluebat odorem:Rancida quæ perolent proiecta cadauera rictu: Atq̧ animi prorſum uires ac totius omne:Languebat corpus lethi iam limine in ipſo:Et deniq̧ totus locus ille ubi quāta eā fuerit uis morbi ex effectu ipſo dꝑhendit̃:ſed apud oratores & poetas īfinita ſunt alia quæ unuſq̃ſq̧ ſibi exēpla poterit inuenire qd ex qua re ſit futuꝝ:id.n.eſt ex cauſa effectū ꝓbare cuius rei apud oratores & poetas exēpla ſunt inumerabilia & reptu facillima.Reliquus eſt cōparatiōis locus cuius genus & exēplū ſupra poſitū eſt ut cæterorū nūc explicāda tractatio eſt:oīs cōparatio duplex eſt:aut enim æqualia ſibimet comparant̃ aut iæqualia:oīum

peruagata anguſtis.Ex quibus plura bona propagētur quæq̧ plures imitentur & faciant.Specie autem comparantur ut anteponantur quæ propter ſe expetenda ſunt his quæ propter aliud:& ut innata atq̧ inſita aſſumptis & aduenticiis.integra contaminatis.iocunda minus iocundis.honeſta ipſis etiā utilibus.procliuia laborioſis.neceſſaria nō neceſſariis.ſua alienis.rara uulgaribus:deſiderabilia his quibus facile carere poſſis.perfecta inchoatis.tota partibus.ratione utentia rationis expertibus.uolūtaria neceſſariis.animata inanimatis.naturalia nō naturalibus.artificioſa non artificioſis.Vis autem in comparatione ſic cernitur.efficiens cauſa grauior quam non efficiens.Quæ ſi ipſa contenta ſunt meliora quam quæ egēt

itaq̧ cōparationū modos Cicero nūc ꝑſequit̃ cū ſupra iuētionis exēplū dūtaxat appoſuerit:omnis igit̃ cōparatio aut in numero conſtat aut in ſpecie aut in ui aut in aliqua locata extrīſecus affectōe:nā quodcūq̧ cōferre uolumus aut numero cōparamus & in hoc aliud maius:aliud minus eſſe diſcernimus:aut ſpeciē ipſam ſpectātes eā quæ alii cōparātes qd excellat iudicamus aut cōſideramus qd res quæq̧ poſſit efficere & inq̄tū eius poſſit ꝓgredi natura aut ex alioꝝ quodāmodo cōtinētia:& ex circūſtātiū affectione rē quā alicui cōferimus ſtruemur:numero igit̃ quæ cōparant̃ ſi ex eodē ſint genere plura paucioribus anteponunt̃:uelut ſi bona oīa ſint æq̄lia iure aliq̄s plura bona paucioribus anteponet.& hæc maxima ꝓpoſitio eſt.plura bona paucioribus anteponunt̃.At ſi oīa in cōtrario ſint genere pauca pluribus plærūq̧ anteponent̃:ut pauca mala pluribus malis:mala uero ipa bonis nullo mō cōferunt̃:nā cū ſe cōtrariis ſpectēt frōtibus cōferri cōparariq̧ nō queūt:eſt etiā in numero cōparatio in tpis rōne:nā cū tp̄s certis q̄buſdam īteruallis metiamur uelut horas dies mēſes atq̧ annos:ex æq̄libus bonis ea magis eligēda ſunt quæ diutius durāt:qđ in numero poſitū eē facile ītelligit̃ a quo uis lōge etiā ꝑuagata anguſtis & coartatis in unū locū cōparatione præcellūt:nā quæ lōge lateq̧ ꝑuagata ſunt ea in plurimas gētes regioneſq̧ diffuſa ſunt q̄ plures facere & imitari queāt:ſpecies uero cōparant̃ ac quæ ſua quodāmodo pulchritudine merito cæteris antefetunt̃:meliora.n.ſunt quæ ꝓpter ſe q̄ ꝓpter aliud expetunt̃.uelut ſalus quæ ꝑ ſe expetit̃ medicina q̄ ꝓpter ſalutē.q̄obrē ſalus medicinæ ꝑſtat:illa quoq̧ quæ inata ſunt atq̧ īſita aſſūptis & aduēticiis meliora iudicant̃:ut īnata moribus grauitas lōge excellit eā quæ ꝑ imitationē affectat̃.Integra cōtaminatis:quæ.n.itegra ſūt ſpēm ſuā ſeruāt.quæ cōtaminata aut aliq̄ parte uiciata ſi qua eis ſpēs inerat amiſerūt.Iocūda minus iocūdis meliora cōmunis oīum aialiū natura diiudicat:honeſta utilibus ſapiētes anteponunt:ꝓcliuia laborioſis:oīs.n.ad eūdē finē facile potiuſq̄ laborioſe cupit tēdere:neceſſaria nō neceſſariis partim præferri partim etiā poſtponi debēt.qđ tacuit Cicero:neceſſaria q̄ppe ꝑferunt̃ his nō neceſſariis quæ nō boni rōne:ſed uoluptatis appetitiōe q̄runt̃.ueluti ꝑ luxuriā cōparata ſapiēs nullus iudicabit eē meliora his quæ naturæ expleāt īdigentiā:quædā uero ſūt q̄ ipa ſpecie boni cū nō neceſſaria ſint meliora ſūt neceſſariis.nā uiuere neceſſariū eſt & ſine eo cōſiſtere aīal nō pōt:bene uiuere āt nō neceſſariū:melius tamē eſt excellētiuſq̧ unicuiq̧ bene uiuere q̄ uiuere tātū.hoc.n.raꝝ etiā īter hoīes eſt & ad naturā diuinā ꝓxime accedit:illud aūt aīantibus etiā brutis cōe nobis ē.ſua alienis quæ poſt mortē & nos comitant̃ q̄ quæ relinquunt̃ uel quæ ad nos magis attinēt q̄ quæ ad alios debēt eē cariora.Rara uulgaribus ut bene uiuere q̄ uiuere:honeſtatē q̄ utilitatē ſeq:rōni q̄ appetitiōi obtēperare.Cū bona fama paucas opes q̄ igētes cū īfamia expetere:deſiderabilia his q̄bus facile poſſis carere:ueluti ſi q̄s capillū alicui attūdeat facilius pati id q̄at q̄ ut oculo careat aut manu.ꝑfecta īchoatis:ut ꝑfectū iā opus illo qđ fieri iā īcipiat:tota ꝑtibus:qđ.n.totū ē id eſt itegrū:qđ uero pars totius iperfectū:totū aūt impfecto antecedere nemo dubitat.Rōne utētia rōis exꝑtibus nullus meliora eē ambigit:uolūtaria quoq̧ neceſſariis anteponunt̃:ſiq̄dē quæ uolūtaria ſūt libera ſūt quæ neceſſaria ſeruitutē īferūt:aīata inaīatis quæ aīam habēt excellūt ea quæ carēt aīa idq̧ nulli dubiū eſt ſi naturā aſpicies rei nō appetitionē tuā ſpectes:nā tūc auꝝ & argētū dices ꝑcellere.oē aīal nedū aliq̄đ etiā puſillū naturalia nō naturalibus & artificioſa inartificioſis q̄a hic gradus in natura eſt ut eam ꝑferas arti:artē aūt tertiæ:ars.n.naturā imitat̃.q̄cq̄d.n.in natura pulchri eſt ars cupit imitari. Vis aūt in cōparatōe ſic cernit̃.efficiēs cā grauior q̄ nō efficiēs.in quo uis cōſiſtat nūc cōſiderat̃:primū igit̃ qđ unaq̄q̧ res pōt id eius rectiſſime uis pōt dici:efficiens igit̃ cā grauiorē uim hēt q̄ ea quæ nihil efficit.uelut artifex melior q̄ materia.illa q̄ppe ſtolida eſt atq̧ imota nec aliq̄đ efficiēs niſi formā ab artifice.i.ab efficiēte cā ſuſcepit quæ ipa cōtēta ſūt meliora q̄ quæ egent aliis.in aliena.n.manu poſita facile elabunt̃ ueluti oīum optimus deus eſt q̄ nullo indiget:ipo aūt aīal & quæ in nr̄a poteſtate ſūt meliora q̄ quæ nō ſūt ut uirtus q̄ diuitiæ:uirtus in nr̄a ꝑtāte eſt.diuitiaꝝ domina ē fortuna.& naturalibus ſcīa ꝑcellit:naturales.n.ab aliis ad nos fluxere.ſcīa in nobis ē quā nobis ipi cōparauimus.ſtabilia incertis quæ eripi poſſūt īferiora his oīa q̄ eripi nulla ui poſſūt:quæ ſi tamē bona ſūt nullus dubitat eē meliora:affectio aūt ad res aliq̄s eſt huius de affectiōe ultima reſtat tractatio:principū cōmoda maiora q̄ reliquoꝝ.maiora ſunt principū cōmoda q̄ eoꝝ qui aliquā rēpu.gubernēt:aut q̄ priuataꝝ ꝑſonaꝝ.comparant̃.n.hæc ſibi hoc eſt affecta ſunt

eodem modo quæ iocundiora pluribus quæ clariora īter multos quæ a pluribus comprobata & quæ optimus
qſq; laudauit meliora ducūtur. & licet quod a pluribus ꝓbat̃ ſupra in ea cōparatiōis parte poſuerit in qua fiebat
ſecundū numeꝝ cōparatio: nil tamē īpedit eandē rē diuerſa cōſideratione diuerſis ſubiici locis: atq; ut hæc in cō
paratione meliora ſic deteriora quæ his ſunt cōtraria: dictis igit̃ oībusællioꝝ locis his oppoſiti quæ deteriora
ſunt cōtinebūt: itaq; eos unicuiq; cognoſcere facile eſt. pariū uero nulla eſt diſcretio: neq;.n. quod par eſt aut exce
dere aut ſūmiti poteſt: & quæ equalia ſunt uel numero uel ſpecie uel ui uel affectione ſunt paria: exēplū uero qđ
ſubiecit Cicero ut trebatio blādiret̃ eſt poſitū ut oratoriæ facultates cū iuriſperitoꝝ laude cōiungat hoc modo:
ſi cōſilio iuuare ciues qđ iuriſpe
ritoꝝ eſt & auxilio qđ oratoꝝ ē
æqua in laude ponēdū eſt paris
gloriæ eē debēt & hi q cōſulunt
.i. periti iuris & q defendūt. hoc
eſt oratores at qđ primū eſt. i. cō
ſilio iuuare ciues & auxilio æq̄ i
laude ponēdū eſt: qd ſeqtur igit̃
hoc eſt & q cōſulunt & q defen-
dūt pari in gloria eē debēt. & eſt
hæc ꝓbatio ab antecedēti ſūpta
ut ſi dicas ſi dīes eſt lux eſt atq; di
es eſt lux. igit̃ eſt. ita dictū a Cice
rone ſi cōſilio & auxilio ciues iu
uare æqua in laude ponit̃ paris
laudis oratores & iuriſpitos eſſe
oportet atqui in pari ſūt laude q
cōſulūt & auxiliū præſtant. id.n.
antecedebat. cōſequēs eſt ut pa-
ris ſint laudis iuriſcōſulti & ora-
tores. Hæc ergo argumentatio
quæ dicit̃ artis expers in teſtimo
nio poſita ē: teſtimoniū aūt nūc
dicimus oē qd ab aliq̄ re externa
ſumit̃ ad faciēdā fidē: expoſitis
artificialibꝫ eā ī artificiales locos
tractaturus ē: extrīſecus itaq; po
ſitū argumenti locū quē Cicero
artis exptē uocat in teſtimonio
poſitū eſſe aſſerit: ſed dubiū ui-
deri poteſt quid hic locus diffe-
rat a ſupioribus quæ affecta ap-
pellauit: nā ſicut affecta ad ſe refe
runt̃: ita teſtimonia ad ea quoꝝ
teſtimonia ſunt referūtur: quā-
obrē cur aut ea quæ affecta di-
cta ſunt nō extrīſecus appellen-
tur: aut quæ nūc extrinſecus nō
inter affecta ponerent̃ quæri po
tuit cū præſertī ea quæ adiuncta eſſe negocio ſupra dixerimus ueluti quoddā teſtimoniū ſæpe rebus afferāt cū ex
eoꝝ quæ p̄ceſſerūt uel cōſecuta ſunt ſignis qd geſtū ſit cōſiderari ſoleat quoꝝ cōmunis illa iſolutio eſt qd ex affe
ctis argumēta ab oratore īueniunt̃ eiuſq; opera atq; induſtria naſcunt̃. ea aūt quæ extrīſecus ꝑpoſita ſunt rei tantū
teſtimoniū præbēt: nec ab oratore īueniunt̃: ſed eis orator utit̃ inuētis & paratis: quæ.n. a genere uel ſpecie uel a
cæteris affectis argumēta dicūtur ab ipſo oratore cōparant̃ credūturq; quodāmodo: teſtimonia aūt ſibi ipſe non
efficit: ſed ad cauſas p̄paratis utit̃: quo fit ut argumēta ex affectis in cauſa ſtatim atq; ex tēpore naſcantur: ea uero
quæ in teſtimoniis poſita ſunt rē p̄currētia uſum negocio poſterius præſtēt adiūcta ab oratore coniectura colli-
guntur: teſtimonia uero nō in coniecturis ſuſpicionibuſue: ſed rei iam factæ narratione cōſiſtunt: dicit.n. a ſe uo
cari teſtimoniū quod ab aliqua externa re ſumit̃. Perſona aūt nō qualiſcūq; eſt teſtimonii pōdus habet: ad fa-
ciendā.n. fidē autoritas quærit̃: quoniā locū artis expertē in teſtimonio poſitū eſſe dixit: in teſtimoniis uero per-
ſonaꝝ fidē ſuā autoritas quærit̃ neceſſariū fuit qbus rebus autoritas fieri ſoleat expediret & cætera quidē clariſſi
me atq; apertiſſime dicta ſunt: ſed quod autoritatē in naturā tēpuſq; diuiſit quodq; in tēpore īgeniū opes fortu-
nā artē uſum neceſſitatē cōcurſionē etiā nōnunq̄ reꝝ fortuitaꝝ locauit quæri poteſt. quid.n. attinet ad tēpus īge-
niū: quid ars: quid uſus. nā ætas atq; opes & fortuitaꝝ reꝝ cōcurſio tēpori recte ſubiiciūtur: quoniā unūquodq;
hoꝝ uariis tēpoꝝ uicibus permutat̃. Ingeniū uero potius naturæ attribui debere uidet̃. quod ſi uelimus proprie
diſtribuere artem uidemur & uſum tertiū quiddā conſtiruere quod neq; tempori neq; naturæ ſubiiciatur: licet

aliis quæ in noſtra quā quæ in alioꝝ poteſtate ſunt ſtabilia in cer-
tis quæ eripi non poſſunt his quæ eripi poſſunt. Affectio autem ad
res reliq̄s eſt huiuſmodi principiū cōmoda maiora quā reliquoꝝ:
Itēq; quæ iocūdiora quæ pluribus probata: quæ ab optimo quoq;
laudata. Atq; ut hæc in incomparatione meliora ſic deteriora quæ
his ſunt contraria. Pariū autem cōparatio nec elationem habet nec
ſubmiſſionem. eſt enim æqualis. Multa autem ſunt quæ æqualita-
te ipſa cōparentur quæ ita fere cocluduntur. Si cōſilio iuuare ciues
& auxilio æqua in laude ponēdum eſt pari gloria debēt eſſe hi qui
conſulunt: & hi qui defendunt. at quod primū eſt. quod ſequit̃ igit̃
Igitur perfecta eſt omnis argumentoꝝ īueniendoꝝ præceptio ut
